PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA
MS. (Ans.) - b - 39

Sellitto

oni

Tractatus
De Deo Uno
In regali Augustæ Taurinorum
Archygimnasio
Traditus
Anno Domini 1754-5
Magistro
R. P. F. Hyacinto Sala
Bergomate
Ord: Prædicatorum

Sud & v. [illegible]

O. N.

De deo, ejusq: attributis.

Commentarius dogmatico scholasticus

Sectio 1a

De divina existentia.

Ea est hujus aevi calamitas ut praepotentis Numinis existentia quae ab iis tantum, qui dant operam, ut cum ratione insaniant in dubium revocari possit, eo argumentorum genere sit demonstranda, qui abdomini serviant, quiq: ad ingenii laudes contendunt sibi miseri videntur esse, nec e plebecula emergere, nisi deum esse impavide negent. Factum probe est, ut jam de nulla alia re solliciti aeque sint viri gravissimi, et doctissimi, quam de divina existentia, quae ipsa est religionis cum naturalis tum revelatae basis vindicanda: eaq: de re Illustris Robertus Boyle anno 1691. lectiones, ut ajunt publicam fundini indixit, atque his, qui eo defungerentur stipendia constituit. Itaq: cum in Batavia, et Gallis praestantissimorum hominum de hoc argumento lucubrationes, atque opera ingentia in dies prodeunt, tum hanc Spartam Anglicanam maxime adornant. At Frater Bernardus de Rubeis, quem honoris gratia nomino in dissertatione de libris contra gentes animadvertit recentes scriptores, qui religionis apologias edidere nihil fere novi attulisse, sed ea quae a sancto Thoma Aquinate praejacta fuerant, illustrasse. Iis adjungendum elogium, quod Joannes Baptista Ignatius ita condidit .... opus contragentiles ad multorum veterum exemplum conscriptum sic facile excellit, ut nec graeci, nec nostri quicumq: in hoc curriculo desudarunt conferri cum D. Thoma possint .... id igitur nobis negotii credidimus posse dari, ut rationes physicas, ac metaphysicas, quibus sanctus Thomas Dei existentiam comprobavit recentiorum auctorum excelsis notis observationibus munitas, auctas, locupletatas proponeremus, praesertim cum dudum

a nobis Atheismus ratione morali fuerit profligatus.

Manum operi admovimus, ac diu, multumq: huic opellæ immorati tametsi n̄ sine delectu flosculos decerperemus tractationem efferimus ampliorem, et forte exquisitiorem, quam quæ tempori ad prælegendum dato, et Scholæ congrueret. Itaq: pactum infectum. Aliam inimus viam: unam, eamq: metaphisicam, quæ tamen instar oīum esse p̄t demonstrationem afferrimus: deinde offusam ab Atheis noctem dispellimus, et diflamus nubeculas. Utinam vō jam typis excusum prostaret opus a clarissimo Regiæ hujus Academiæ professore elaboratum. Ex eo sane aurum, et gemmas colligeremus, nihilq: ad hujus nostræ dissertatiōis sive ornatum, sive præsidium, et monimentum desiderari posset.

Cap: 1.um

Dei existentia demonstratur.

Primò ab oī æternitē extitit aliquid. Paucis concluditur alicujus entis æternitas: nam aliquid ab oī ævo extitisse vel ipsi fatentur Athei. Res vō facile fit manifesta. Nunc aliquid extitit, ergo aliquid semper extitit: alioquin existimandum res, quæ nunc sunt, e nihilo prodiisse, suæq: nullam habere prorsus causam existentiæ, qđ repugnat. Enim vō qui rem effectam dicit, neq: ullam ejus effectionis causam agnoscit, perinde facit ac si velit rem eandem esse, et n̄ esse effectam. Quidquid existit, habeat oportet existentiæ suæ causam, rationem aut basim cujus gratia existat potius, quam n̄ existat. Quandoquidem aut existit necessitē quadam, quæ in ejus inest nāra, quo quidem posito per se se æternum est: aut existentiam debet alterius entis voluntati; ac tum alterum istud ens illi præexistit saltem prioritate naturæ, quemadmodum causa concipitur ante effectum existere.

Secundò ab oī æternitē extitit aliqđ ens independens, et immutabile. Nam si aliqđ ens extitit ab oī æternitē ut demonstratum est, necesse est ut aut hoc ens, qđ semper extitit sit immutabile, et independens, ab

ab eoq; cætera quæ sunt, et fuerant entia exoriantur; aut infinita
fuerit successio entium dependentium, et mutabilium, quorum alterum
produxerit alterum usq: in infinitum, quin ullam habuerint existentiæ
suæ causam. At posterior hæc hypothesis, tametsi sæpe nimis ab Atheis
obtrudatur, prorsus absurda est. Nam progressio ad infinitum impossibilis
est, et contradictoria. Ea quippe si inspiciatur tamquam nexus infinitus
entium dependentium, quæ se mutuo complectantur, liquet totam ejusmodi
coadmentationem entium habere non posse exteriorem existentiæ suæ causam:
quandoquidem ea, ut ponimus, continet entia omnia. Constat pariter nullam
esse posse existentiæ eorum causam interiorem; cum in hac infinita entium
complexione nullum sit, quod non ab eo pendeat, a quo prævertitur, ac
pro certo statuatur nullum existere per se, et necessario, quæ sola est
interior causa existentiæ. Quod si nulla pars necessario existit, non potest
totum ipsum necessario existere: siquidem necessitas absoluta existendi non est
quidpiam exterius, relativum, et accidentarium, sed proprietas essentialis
entis necessario existentis. Ergo impossibilis est infinita entium dependentium
successio sine causa originaria, et independente: siquidem ea exhibet seriem entium
neq: interiorem, neq: exteriorem existentiæ causam habentium, entium, inquam,
quæ sejunctim sumta sui causam agnoscerent (neq: enim eorum aliquod
necessario, et per se se existit) quæq: copulate accepta nullatenus producta
forent: quod contradictionem involvit. Id porro si nunc contradictorium est
contradictorium fuit semper, et ab omni ævo, cum tempus nihil ad id ipsum
conferat. Sequitur ergo necessario ab omni æternitate extitisse ens immutabile,
et independens.........aliter instruere placet hoc argumentum. Aut opus
est agnoscere ens æternum, independens, et immutabile, a quo omnia
profluant entia; aut admittere successionem infinitam entium dependentium,
et mutabilium, quorum alia alia produxerint usque in infinitum
sine aliqua causa principe, et originaria. Per posteriorem hanc hypothesim
nihil in universo est, quod per se se, et necessario existat. Atqui si nihil

ex

existit nessario, tam possibile est nihil ab oi ævo extitisse quam est possibile successionem hanc entium mobilium, et mutabilium habuisse existentiam. At eo posito velim mihi Atheus edisserat per quid, et quonam modo hæc successio entium fuerit potius determinata ad existendum, quam ad n existendum: id sane nulla concludit nessite: nam vel in ipsa hypothesi hæc entia potuerunt tam n existere, quam existere. Neq: huc casus advocari pt, cum casus sit nomen sine re, celebre nomen sensu vacuum. Denique id nequit alteri enti inscribi; quandoquidem nullum in antecessum fuit ens. Itaq: cum entia hæc n existant nessite quapiam naræ et essentiæ (supponimus enim nullum existere per se se) quumq: nullum aliud ens ea ad existendum determinare potuerit, ut modo diximus; sequit, nihil ea determinasse ad existendum. Hoc est: ex duab rebi æq: possibilib (nempe existentia, vel n existentia æterna alicujus rei) altera evenit potius, quam altera ob determinationem nihili simpliciter: qd absurdum plane, et contradictorium est. Ex quo conficimus, ut supra, nesse oio esse, ut ens immutabile, et independens ab oi æternite extiterit.

Tertio. Ens æternum, immutabile, et independens existit nessario, et per se se. Nam quidquid existit aut e nihilo prodiit quin ulla cujusquemodi causa illud duceret: aut ab aliqua externa causa profectum est, aut pp se se existit. Sed iam demonstravimus n posse, nisi contradictorie, dici rem e nihilo extitisse, quin aliqua eam causa produxerit. Cæteroquin n oe id, qd existit, a causis externis produci potuit: comprobatum enim supra est, aliquod ens independens ab oi æternite extitisse. Ergo hoc ens æternum, et independens existit nessario, et pp se se. Existere autem pp se se n idem est ac se se produxisse: in quo manifesta est pugna: sed significat existere virtute nessitis absolutæ ppetuo inhærentis naturæ

i=

ipsius rei, quæ existit. Inde consequitur solum entis necessarii, et per se existentis ideam esse ideam entis cujus existentia negari sine contradictione non potest. Nam cum absolute necesse sit aliquid existere per se, idest virtute necessitatis essentialis, et naturalis perspicuum est aut necessitatem omnino absolutam esse, atque a nullo prorsus principio, seu suppositione pendere. At necessitas non relativa, non consequens, sed absolute essentialis, et naturalis est id, cujus negatio praefert contradictionem, et manifestam impossibilitatem v.g. relatio æqualitatis duas inter numeros bis duo, et quatuor absolute necessaria est, quia numeri hi fingi nequeunt inæquales sine contradictione formali in terminis. Non alia esse potest absolutæ necessitatis idea......accedit quod necessitas existendi, et possibilitas non existendi sunt ideæ repugnantes.

Quarto. Ens æternum, immutabile, et independens existens per se, et necessario est infinite perfectum. Ens enim illud est necessarium: habet ergo perfectiones omnes proprias entis necessarii. Quum vero ens contingens suas ab ente necessario perfectiones accipiat: profecto ens necessarium habet entis contingentis perfectiones: ergo si enti necessario insunt perfectiones entis cum necessarii, tum contingentis eidem insunt perfectiones omnes possibiles. Sed perfectiones possibiles sunt infinitæ. Nam infinitum illud est cui nihil potest nihil porro addi potest perfectionibus omnibus possibilibus. Ergo ens necessarium habet perfectiones infinitas. Quo fit, ut ente necessario nihil fingi possit majus, melius, perfectius.

Quinto. Existit ens æternum, immutabile et independens necessarium infinite perfectum. Sed ens æternum, immutabile et independens necessarium, infinite perfectum est Deus, seu id, quod Dei nomine intelligimus. Ergo Deus existit.

Cap. 2.us

Dei existentia ab Atheorum diversis assertis vindicatur.

ob:

Obiicies 1. non existit ens immutabile, infinite perfectum a quo cætera profluant. In primis materia non profluit ab ente &c. Nam cum ex nihilo nihil fiat, omnia ex præiacente materia fiunt, atque adeo materia est sui et cæterorum causa.

Respondeo: ut nihil interim dicamus de substantia cogitante quæ nec materia est, nec e materia elici potest: illud Lucretii principium ex nihilo nihil fit eo sensu, quod a nihilo effici possit, aut quod id, quod non fuit ante non possit sine efficientia alicuius causæ existere verum est: est falsum hoc sensu, quod id, quod non fuit ante ad existentiam adduci nequeat. Fatemur sine causa efficiente ex nihilo nihil fieri posse; quia rei non existentis seu nihili nulla est efficientia. Ex quo conficitur nunquam fuisse nihil seu non omnia cœpta esse facta sed naturam aliquam quæ sit, et necessario ab omni æternitate extitisse.

Inquies 1. creationem substantiæ ex nihilo cogitatione assequi non „ possumus. 2. si res de nihilo fierent, ex omnibus rebus omne „ genus enasci posset, nil semine egeret etc. Lucretius. 3. nisi „ materies æterna fuisset antehac ad nihilum penitus res „ quæque redissent de nihiloque renata forent quæcumque videmus. Adde 4. si Deus aliquis mundi creator est eum aut sui aut aliorum causa condidit. Sui causa non condidit, nisi velimus Deum aliquando prius caruisse felicitate, neque hominum causa, quos inter sapientes pauciores sunt, quam ut propter eos tanta fieret molitio. 5. mundi conspectio plurimarum mundi partium inutilitas terræ sterilitas ferarum immanitas, aliaque hominum incommoda satis produnt mundum ab amico genio conditum non fuisse.

Respondetur ad 1. existentiam causæ creantis dignoscere possumus, modum non possumus: creatio virtutem infinitam requirit. Quæstiones vero de infinito, æternitateque mentis nostræ fines prætergrediuntur.

1.

Idea quippe æternit: infiniti; divinæ naturæ, divinis perfectionibus consentanea nobis inesse nequit. Quapropter rem ita esse percipimus, modum vero ignoramus. Sic quantitatis divisibilitem, motum sanguinis, nutritionem, ac pleraq: alia probe novimus, sed modum nemo hactenus rescire certo potuit. Itaq: cum demonstrationi recte institutæ opponuntur tantummodo momenta inde petita, quod perfecta rei, qua de agitur, idea non suppetit non est cur vel leviter moveamur. ....ad 2.um Quod ait Lucretius evincit tantum res non oriri ex se ipsis, seu sponte sua temere, et sine consilio, ac vi efficientis causæ.......ad 3.um Si res sponte sua, ac temere prodirent ex nihilo, sine causa etiam interire, et renasci iterum possent. Sed cum existant virtute causæ infinitæ, in nihilum redire non possunt nisi desinat influxus hujus causæ, per quam existunt........ad 4.um Deus mundum condidit et sui ipsius gratia, non quod mundo indigeret, sed quod sua manifesta facere vellet attributa: et hominum causa cum sapientum, tum etiam impiorum, qui cum sua tales sint culpa, efficiunt tamen ut Dei justitia ac providentia, et sapientum probitas innotescat.........ad 5.um Mundi constructio omnibus Philis admirationi est. Nihil in eo est prorsus inutile, nil tam turpe, tam noxium, quod non ad voluptatem, aut commodum aliqua ratione conferat. Desipiunt qui aiunt naturam hominibus fuisse novercam quod iis minus belle prospexerit, quam pecudibus, quæ non præceptoribus egent, non indumentis non armis. Indita enim est hominibus ratio, qua cumulatius ea sibi comparare possunt, quæ natura tribuit brutis. Quis vero vires intelligentiæ, corporis animo anteferat? quid quod etsi concedamus multo præstantius actum esse cum belluis; at illæ brevi intereunt, nos Deus ad summam, et nunquam interituram felicitatem evocat. Cæterum hominum incommoda sunt primigeniæ culpæ stipendia.......... Sed hinc forte sibi aliquid sumere audebit Atheus, ac reponet: si aliquid mali existit; non ergo existit Deus summe bonus.

60=

bonum enim est malo inimicum. Imo qui tollere pt̃ mala, et non vult injustus est; qui vult, et ñ pt̃ est infirmus. Igitur si quidpiam mali sit, Deus ñ est, nisi eum aut injustum faciamus, aut infirmum. Accedit q̃d si Deus existeret, idq: foret Omnipotens, non pateretur injurias sibi irrogari ab hominibus, eosq: de se prȯpera sentire. At latius serpit impietas, et error. Ergo Deus ñ existit..........
hæc dum producit, ñ est cur sibi laudat Atheus. Nam bonum infinitum ñ oẽ tollit malum, quia ex libertẽ agit [illegible] nãraliter. Bonum quidẽ infinitum oẽ malum a [illegible] ipso exc[illegible] ñ excludit tamen ab effectu, qui bonum dare infinitum, sed finite juxta modum sibi [illegible]gruentem participat. Deinde pmittit Deus malum, sed ut inde majus colligat bonum. Deus (inquit Augustinus in enchiridio „ ad Laurentium numo 3.°) „ cum summe bonus sit, nullo modo sineret „ mali aliquid vel in operibus suis nisi usq: adeo esset omnipotens, et „ bonus ut bene faceret, et de malo. Quod addit, sponte facessit in „ auras. Deus quidẽ mala saltem moralia minime vult: siquidẽ ea punit, sed pmittit ea de causa, quam innuimus; atq: etiam quia nãræ conditoris est regere oĩa juxta eorũ nãram. Hoĩ autẽ inest libertas, ac potestas bene, et male agendi a Deo collata; quidni ergo Deus sinat hoĩem uti libertãis jure: eadẽ ratione corruit altera Athei exceptio. Præterea Deus se ab hoĩbus injuria affici patitur, quæ tamen ipsi ñ nocet, imo æterno cruciatu mulctata ipsius justĩam commendat.

Objicies 1.° Nulla nobis inesse pt̃ dei notĩa. Nam primo Deum cernere ñ possumus. 2.° quidnam sit ens supremum animo informare non possumus: quæcumq: demum eius cudatur idea, ea est emendanda. Dei noĩ tot respondent ideæ, quot sunt imaginandi modi. E. G. diuitis noẽ universum ipsum intelligi pt̃. Nam si Dei noĩ subesse volumus ens infinite pfectum: Athei reponent mundo nihil esse

perfectus. Si Deum dicimus esse usquequaq: infinitū universū quoq: ii contendunt æternū esse, infinitū penes extensionē, ita perfectum, ut oēm complectatr perfectionē, cum sit rerum ōium universitas. 3°. Idea Dei aut nativa est aut adventitia, seu acquisita; aut nāra nobis insita, aut aliunde petita. Si innata est, ea ergo prævertit educationē, ætatē, ratiocinatnem, ōesq: cognitiones labore, et experimento comparatas. Si adventitia est, aut experitō, aut ratiocinatne acquiritr: at Deus supra experitum, et rationē positus est. Nulla est ergo Dei idea. 4°. Si qua est Dei idea, ea contradictionib scatet, atq: adeo se ipsā obliterat. Deus ita a Vanino describitr in anfiteatro dinæ
„ providentiæ exercitatne 2ª. „ sui ipsius et principium, et finis,
„ utriusq: carens, neutrius egens, utriusq: parens, atq: auctor. Semp est
„ sine tempore, cui præteritū n̄ abit, nec subit futurū. Regnat
„ ubiq: sine loco, immobilis abq: statu, pnix sine motu, extra ōia
„ ōis: intra ōia, sed n̄ includitr in ipsis, et extra ōia, sed n̄ ab ipsis
„ excluditr. Intimus hæc regit, extimus creavit: bonus sine qualitate,
„ sine quantitate magnus: totus sine partib: immutabilis cum
„ cætera mutat: cujus velle potentia, cujus opus voluntas simplex
„ est: in quo nihil in potentia, sed in actu ōia: imo ipse purus, prīus,
„ medius, et ultimus actus. Deniq: est ōia sup ōia, extra ōia, intra
„ ōia, præter ōia, ante ōia, et post ōia ōis. „

Respondetr ad 1.um Ne animus quidē nter in sensus cadit. Qui igitr oculis corporis conspicua esse debet Dei nāra? ~~ait~~ sctus Augustinus in epist: 73um n̄ video, inquit, quid crediturus sum? animā tuā videt, ut opinor. Stulte, corpus tuum videt: animā tuam quis videt? cum ergo corpus tuum solum videatr, quare n̄ sepelliris? respondet: quia vivo: unde scis quia vivis, cum animam n̄ videas? unde scio? (respondebis) quia loquor, quia ambulo, quia operor. Stulte, ex operib corporis agnoscis viventē: ex operib creaturæ n̄on potes

a=

„ agnoscere creatorem........ ad 3.um duplex est idearum genus.
Aliæ ab imaginatione, aliæ manant ab intelligentia, seu rationis
lumine. Deus non est objectum sensibile ac proinde eum nobis exhi-
bere nequeunt sensus, aut imaginatio, quæ sensibus utitur nunciis.
Sed cum mens ab objectis cognitis ad incognita sese ratiocinando
efferat; nihil prohibet, quin ideam divinitatis suppeditet imperfectam,
sed veram. Idea dei, quam imaginatio promit, quæque Deum
tanquam rem materialem exhibet falsa est: idea tamen, quam
ratio præbet, quæq: Deum effingit, ut ens sapiens, et summe perfectum
imperfecta esse potest, falsa esse non potest: necesse enim est existere ens
æternum, independens intelligentiam universi moderatricem etc. hæc
ipsa idea in omnibus hominibus fere eadem est, nec variatur, uti variatur
nec uniformis est idea, quam imaginatio sufficit. Quod additur
de universo levissimum est. Pellucent enim in universo caracteres
operis ita insignes, ut suspicari; atq: hærere non liceat nec sit
opifex. Universum se ipsum efficere nequaquam potuit. Hujus enim
partes relationem habent tantummodo arbitrariam. Cœlis existentibus
cur terram oportuit existere: existente luce, necesse ne fuit oculum
existere? tot existentibus mirabilibus, quænam necessitas suberat,
ut existeret admirator spiritus? non id rerum necessitas præ se tulit;
res enim non habent naturalem mutuam relationem, separari possunt.
et sæpe separantur. Hanc necessitatem intelligentia inducit, quandoquidem
ratio res has conjungi debuisse præscribit. Hæ relationem habent
rationis, et sapientiæ, quæ ab universo cognosci nequit. Universum
quippe est rerum, quæ invicem licet sensu destitutæ referuntur,
adunatio........ ad 4.um Quod 4.o opponitur, nonnihil haberet ponderis,
si naturam dei comprehendi; atq: id quod divinitas est nobis representari
posse idearum beneficio consideraremus. Sed cum minime quæramus
quid sit deus, sed an deus sit, Atheorum ratiocinatio illa tantum

va-

valet, quantum hæc: inter ideas, quæ vel p sensus subeunt, vel experito a me acquiruntr quæ mihi insulam Japoniæ qualis est, et tam vere ac si ipsam vidissem, repræsentet nulla est. ergo n̄ extat Japoniæ insula......... Qui volunt Dei ideam hoibus omnibus esse naturæ insitam reponunt ideam illam cum spiritualis sit, abditam, atque inclusam manere usq: dum actiones mentis puriores summa cum libertate exerunt: atq: uti ratne carere non dicitur quispiam, qd n̄ ea semp utatr, ita pperam decerneretr nobis insitam nãa n̄ esse Dei ideam, quia n̄ oī tempore evolvitr, et explicatr. Addunt hanc ideam in oibus hoibus uniformem esse, et simillimam quatenus spiritualis est, et nativa tametsi eam variari contingat ppenus id, qd sensus, et imaginatione eidem adjicitr. Sed qui ideam Dei acquiri putant eam quodammodo nativam agnoscunt. Siquidem inter humam mentem, et pmam veritem certam, indubiamq: constituunt proportionem, hoiq: de rebus oibus, quæ in sensus cadunt ratiocinanti summopere consentaneum esse ajunt ut entis independentis, intelligentis, sapientis ideam sibi cudat. Quidem hujusmodi entis ideam primum ex actibus mentis nostræ capimus, sed eam deinde repurgamus ad eam intelligimus eam ita ratiocinando emendamus, ut jam n̄ alteri rei sed Deo conveniat. Neq: huic sentiæ incommodat, qd creaturæ, quas primum inspicimus, ut ad Dei cognitionem perveniamus sint contingentes, sensibiles, corporeæ, finitæ, compositæ, atq: adeo entis nessarii, insensibilis, spiritualis, infiniti, simplicis idea ex iis minime excudi posse videatr: præsertim cum nulla sit inter eas nessarium et contingens proportio. Nam creaturæ n̄ sunt absolute nessariæ, sed contingentes cum potuerint n̄ existere, sunt tamen nessariæ hypotheticæ, ideoq ubi existant, nessariam habent cum Deo, a quo prodeunt, connexionem. Sunt sensibiles, atque corporeæ; proinde spus essentiam adumbrare n̄ possunt, sed possunt demonstrare spus existentiam, quatenus ejus sunt effectus. Quamvis

au=

autem existentia dei sit ejus essentia reipsa, alteram tamen sine altera concipimus. Mens enim, atq: adeo cognitio nostra circumscripta est, atq: imperfecta creaturæ pariter finitæ sunt: quo fit, ut infinitum perfecte representare n̄ possint, sed imperfecte, et tantum penes existentiam. Sane licet effectus finitus n̄ postulet causam secundariam infinitam; primariam tamen infinitam postulat, ut quæ per se se existit. Omnibusq: rebus initium e nihilo impertit. Porro proportio inter effectum, et causam n̄ requiritur ad solam causæ existentiam demonstrandam. Demum causam inter, et effectum nessaria n̄ est proportio. Artifex orologium construit: istud intelligentiæ expers est, ille compos. Profecto causa universalis n̄ est cur peculiari effectui assimiletur.

Objicies 3° Processio in infinitum Atheis, Deiq: existentiam profitentibus commune perfugium est: neq: vero illa vel exclusa causa originaria absurditem involvit. Nam primo uti Atheus ait se oriri a patre, patrem ab alio, quia nullus sit hujus gradationis finis; ita qui Deum existere censet, sibi suadere debet Deum mille ante creationem sæculis, atq: ante hæc millia millies millibus sæculis in infinitum usq: extitisse. Quo sane posito divinæ existentiæ assertor premi pt, atq: interrogari quidnam ageret Deus innumeris illis ante mundi conditionem sæculis? 2° processio in infinitum sine causa originaria idcirco absurda dicitur, quia tota entium dependentium coagmentatio nullam haberet existentiæ suæ causam. Quod repugnat, quia entia illa singillatim sunt dependentia, minimeq: nessaria. Sed ex quo ens quodvis n̄ sit a se, sed ab alio, non sequitur totam entium, et causarum complexionem, connexionem, seriem ab alio esse: nam variis exemplis confirmari pt a partibus ad totum trahi non posse argumentum.

Respondeo ad 1.um Nos nullam verā, ꝑpriéq: gradationem, et progressionem in infinitum defendimus, sed eam confingunt Athei. Nihil enim in Deo prius est, nihil posterius nulla est durationis successio. Creavit Deus tempus, et sæcula, sed hæc nequeunt ejus esse mensura; uti nec duratio si accurate amamus loqui eidem congruit; tametsi mens nostra infirma quidpiam sine temporis differentiis vix, ac ne vix quidem concipiat. Itaq: progressio in infinitum, quam nos statuimus in imaginatione tantum nostra est: quam Athei in successione entium mutabilium agnoscunt, in re ipsa est. Quamobrem si quæras quid faceret ante orbem conditum Deus: respondit Augustinus lib: 11.o confessionum cap: 13.o Deum fecisse tempus, ne præterire potuisse tempora antequam „faceret tempora. Si autem ante cælum, et terram nullum erat tempus, „quid quæritur quid tunc faciebat? ñ enim erat tunc ubi non erat „tempus." At ut Jaquelotius adnotat spiritui convenit cogitare, et velle. Respondere proinde possumus ipsum hunc æternum, nempe Deum tota æternitate cogitasse. Hæc vita ejus est, et actio. Id ille priusquam mundum ꝑ voluntatem suam crearet, præigebat, eodem fere modo quo hoēs diu quiescunt suis impliciti, ac districti cogitationibus.

.... ~~ad~~ Tametsi cum mundus fortasse potuerit esse ab æterno creatus ñ repugnet processio in infinitum posita caussa originaria; repugnat tamen ab ipsa seclusa, ut demonstravimus. Præterea progressionem in infinitum sine causa originaria ita expedit Jaquelotius. Entia ōīo ōīa ñnisi ꝑ alterius causæ efficientiam existere nemo dixerit: siquidem cum ōīum entium causa ens quoq: sit, oporteret ens illud habere causam, et deinceps in infinitum. Athei vestram fidem! an ñ magis incommodum, et absurdum est causam causæ in infinitum inquirere, quam demum consistere in ente necessario, ꝗ ꝑ seo se existat, neq: aliam agnoscat caussam.

Ad 2.um quidem argutum a particularibus ad collectionem ineptum est

u=

ubi agit de attributis e quantite continua, vel discreta sumtis; quia collectio extensionem, vel numerum addit supra partes seorsim acceptas, proindeq: eadem n̄ est in collectione ac in partib. singillatim quantitas. Itaq: perperam diceres: lineæ infinitæ quivis palmus est finitus: ergo linea infinita est finita. Potest hō quodvis mandatum quavis hora servare; ergo p̄t in ōē tempus........ hoc falsum quoq: est argutum ubi de attributis agit ad divinam, vel humanam politicen spectantib.; quia pro sua libertē Deus, et hō certis attributis partes potius, quam collectionem afficiunt. E. G. quivis hōs falli p̄t, et fallere: ergo oēs hōī etc. Quivis civis est subditus: ergo oēs subditi sunt: ergo Respublica ex iis conflata n̄ est libera........tandem a partib. ad totum argutum minime valet in arbitrariis quibusdam positionib. Non licet ita ratiocinari post quemcumq: circulum alius p designari p̄t circulus: ergo si infiniti sint circuli post infinitos circulos alius circulus designari p̄t........ad attributa quæ ad essentiam naturam, et substantiam partium ptinent collectni conveniant nesse est; ac cum a partib. ad totum argumentari licet; uti etiam cum attributa collectioni conveniunt non quidem ratione sui, sed ratione partium, idest quatenus ex hujusmodi partib. coalescit. En exempla. Quis hō natura sua præditus est ratione, et libertē: ergo humanum genus præditum est etc. quivis annulus est ferreus, ergo tota catena est ferrea. Optima ergo est argumtatio à nobis sub initium numero 2° ita instituta. Nulla pars complexionis entium dependentium necessario existit: ergo n̄ p̄t totum ipsum nesario existere. Siquidem nesitas absoluta existendi n̄ est quidpiam exterius, relativum, et accidentarium, sed proprietas essentialis entis necessario existentis. Quod numo 3° declaravimus........sed urgent rustice sane Athei: Posse existere est attributum essentiale rei

pos=

possibilis: nec idcirco possibilium collectio pt actu existere........ respondere solet attributum essentiale rei possibilis esse existentiam possibilem, n actualem. Nam si oia possibilia sint actu, nullum esse amplius possibile oisq: evertitur possibilitas. Verum si independentis entis, immutabilis, perfectissimi admittatur existentia, et influxus, multo felicius entium dependentium existentia et influxus constituitur.

Obiicies 4º. Casu fiunt oia et regunt: Nam 1º mundus fortuito excitatus est, ac sine arte; sed hoes cum eum qualis est repererint, facile suos in usus vertere potuerunt: uti cum desertis in locis pluvia ingruit, et furit ventus, hoes se in specum recipiunt n in eum finem de industria extructam. 2º athomi, inquiunt, si ab oi aevo in motu sint ut esse potuerunt, infinitas jam effecerunt complexiones. Qui infinitum dicit aliquid dicit qd nullam patitur exceptionem. Infinitas inter athomorum combinationes, quae jam sibi invicem successerunt eas oes agnoscamus necesse est quae fieri possunt. Nam si una tantum possibilis eximatur, n habebitur infinitum, cui certe nihil adiici pt. Ergo combinatio athomorum, qua istud mundi sistema constituitur, una ex iis est, quas athomi subinde conflarunt. Haec quum ita sint nemo jure mirabitur, mundum nunc talem esse: talis quippe esse debuit citius aut serius. Innumeris naturae spectaculis hoc etiam adnumerandum aliquando fuit. E. G. ponamus infinitas litterarum alfabeti combinationes. Porro Hylias Omeri non est, nisi combinatio litterarum. Ergo Omeri Hyliasque hac infinita caracterum collectione continetur. Quo posito qui artem in Hyliade suspicetur, errat turpissime. Frustra sibi quippiam admurmuraverit tam accuratum, ac perpolitum poema casu fieri n potuisse, atq: artem humanam vix huic elucubrando parem fuisse: n potuit quippe n ea Hyliadis combinatio infinitas inter combinationes evenire, quin ullus fuerit arti locus.

Respondetur ad 1um Dum audis Amphionis fabula, qui cythara suavissime ludens eo ordine, eaque proportione lapides excitabat, ut Thebarum mœnia struerent; quis non poëticum figmentum subolfacit, et irridet. Eo tamen longe incredibilius est figmentum Epicuri. Nam non nemo fortasse animo finxerit armoniam in locali quorundam corporum motu positam, vi alicujus qualitatis occultæ, cujusmodi plures in natura admiramur nec intelligere solemus, posse lapides commovere certo ordine, modoque unde omnis exsistit ædificii compositio. Præpostera porro est hæc cogitatio, et absurda, sed potius ferenda quam quæ Epicuro innidet. Hic quippe dum mundum casu effectum statuit, ædificium exhibet omnium optime compactum, cujus lapides sese conciderint, per se resilierint, alii aliis incubuerint nullo intercepto vacuo, arenatum, quo colligarentur secum ipsi detulerint, se in varia cubicula distribuerint, materiariam structuram sibi imposuerint, cum tegulis, quibus opus protegeretur. Neque enim magis inficete dixeris mundum a se ipso fuisse conditum, quam instructissimum, atque apparatissimum ædificium. Perperam vero mundum cum specu contuleris, quæ casu effecta ponitur: rectissime comparatur ille ædificio summa arte elaborato. Imo mundi exiguum animalculum mirabiliore est structura, et artificio, quam vel pulcherrimum ædificium. Hæc Phenelonius ..... ad 2um [illegible] mundum potuisse esse ab æterno, demus processionem in infinitum, posita tamen causa originaria. At motum non esse essentialem materiæ — præstantissimi censent Philosophi. Præterea si materia per se se moveretur cæco impetu ferretur nulla lege, nulla arte. Eandem Epicurei, inquit Phenelonius, opera artis confundunt cum operibus naturæ

Addenda post responsionem ad objectionem 2^{am}.

ad

Ad 4.um contradictiões, quas Vaninus collegit, quæq: specie tenus sunt ejusmodi; triplices habent origines. Oriunt enim ab infinite Dei, quæ Deum ipsum ñris facit conceptionib superiores: ab imbecillite mentis ñræ, quæ neq: in se, neq: extra se quidpiam reperit, quo Deum, ut par est, exhiberi putet: ac demum ab inconvenientia inter ideas corporeas, quib imaginatio in ejus descriptione utit ejusq: nãram imperceptibiles, quæ apprime describi nequit. Nullam igit offendere est contradictionem inter Dei attributa, sed tantum inconvenientiam inter mentem ñram et naturam entis supremi, qua quidem admonemur, emendandas esse imagines oẽs, quib Deum adumbrare imaginatio nitit. Hæc porro inconvenientia tam necessaria est, ut ea sublata actum sit de existentia Dei.

Sectio 2.a

De divina essentia.

Solemus Dei essentiam, seu nãram, et substantiam ab ejus existentia, et attributis mente secernere. Deum esse invicte demonstravimus: sed quid Deus sit, quæq: ejus sit essentia, percipere oĩo ñ possumus. Atheus võ temere ad dinãm existentiam oppugnandam dinæ essentiæ ineffabilitem assumit. Cæcus, et surdus æquius soni, et coloris, quam Atheus Dei existentiam negaverit. Illi soni, et coloris existentiam hoĩum testĩio, et fide percipiunt; sed ideam nullam præseferent, quæ eorum representet essentiam, aut saltem effecta, et proprietates. Atheus ex adverso, si tantisper ratiocinari velit, supremi entis existentiam certissime colligit. Earum quoq: rerum, quas cernimus, quas tangimus, quasq: nobis vel maxime compertas esse existimamus, substantia, aut essentia nos propemodum latet. Nulla est planta tam parva, tam contemnenda, nullum tam vile animal, nullum ens inanime tam simplex, tam obvium, cujus essentia humana

men=

menti tenebras n̄ offundat. Et mirabimur div̄am essentiam inexcogitabilem esse, aut div̄am idcirco existentiam inficias ibimus?

Fateamur itaq: humiliter, et sincere complura esse, quæ ignoramus: neq: eos imitemur, qui vocabulis artis, verbisq: ambiguis nihilq: significantib. plebeculæ illudunt

Nescire velle: quæ magister optimus
Nescire nos vult, erudita inscitia est.

Nullam ne idcirco comparare nobis possumus div̄æ essentiæ n̄otiam? quid ea sit cognoscere sane n̄ possumus; sed possumus cognoscere quid n̄ sit. Porro dum cognoscimus quid res sit affirmamus: dum cognoscimus quid n̄ sit, negamus, seu removemus.
" Sctus Thomas 1º contra gentiles cap: 14º via remotionis utendum
" est præcipue in consideratione div̄æ" substantiæ; nam divina
" substantia o͞em formam, quam intellectus n̄ter attingit sua
" immensitate excedit: et sic ipsam apprehendere n̄ possumus
" cognoscendo quid est; sed aliqualem ejus habemus notitiam
" cognoscendo quid n̄ est. tanto enim ejus notiæ magis
" appropinquamus, quanto plurima pp intellectum nostrum
" ab eo poterimus removere. Et Damascenus lib: 1º de fide
" cap: 4º" de deo impossibile est", quidnam essentia sua, ac n̄ra
" sit enunciare. Aptiusq: est ex o͞ium remotione, et negatione
" sermonem de eo facere. Neq: enim aliquid est eorum quæ sunt;
" n̄ ut nullatenus sit; sed quia sup. o͞ia, quæ sunt, atq: etiam
" supra ipsummet esse, ipse sit. Sed Theogi Scholastici n̄nulli aiunt certo, et asseveranter" essentiam Dei metaphisice inspectam esse cumulum, sed aqualem congeriem o͞ium pfectionum: alii, iiq: in n̄tra schola essentiam Dei constituunt in summo intellectivo, cujus quidem n̄oe quidam radicem intelligendi, sive intelligere

ra-

Elisa Elisa

radicale, quidam ipsum actuale intelligere accipiunt. Sunt etiam in eadem Schola, qui esse a se, seu aseitatem uti primum, atq: præcipuum essentiæ Dei characterem agnoscant. Contendunt Schoti gregales Dei essentiam esse infinitem radicalem, seu existentiam omnium perfectionum. Itaq: cum essentia, ac substantia Dei a nobis concipiatur tamquam subjectum, a quo fluant, et cui inhæreant proprietates Scholastici hanc essentiam, hoc subjectum pro arbitrio definiunt. Hæc recensenda fuerant. At (ut verbis Cothæ utar apud Tullium lib: 1.º de naturâ
„ Deorum) nolo existimetis me cupiam adjutorem venisse, sed
„ auditorem, et quidem æquum, libero judicio, nullam ejusmodi
„ adstrictum necessitate, ut mihi, velim, nolim sit certa quædam
„ tuenda sententia....... nec ego nunc ipse aliquid afferam
„ melius........ quid non sit, citius, quam quid sit, dixerim....
„ .... rogas me quid sit........ Deus. auctore utar Simonide:
„ ex quo cum quæsivisset hoc idem Tyrannus Hyero, deliberandi
„ causa sibi unum diem postulavit: cum idem ex eo postridie
„ quæreret, biduum petivit: cum sæpius duplicaret numerum
„ dierum, admirandq: Hyero requireret, cur ita faceret: quia
„ quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi spes videtur
„ obscurior.

Itaq: de divina naturâ proclivius est dicere quid non sit, quam quid sit: atq: adeo via remotionis ad ejus notitiam enitendum est, dum scilicet Deo imperfectiones omnes detrahimus. Videatur sanctus Anselmus monologii cap: 15.º et 16.º etc.

Sectio 3.ª

De divinis attributis generatim.

Numus primus attributa sunt perfectiones, quæ ratione nostra Dei consequuntur naturam.

nu=

 Elina. Elina

Numerus 2.us Teste sancto Anselmo cap: 15.o monologii, perfectionum duo sunt genera. Aliæ sunt simplices, seu simpliciter tales quæ in suo conceptu formali nullam imperfectionem includunt, easque: melius est habere, quam non habere. Hujusmodi sunt sapientia, justitia, misericordia etc. quæ quibusdam imperfectionibus aliquando inficiuntur, materialiter tantum, idest ex conditione subjecti seu creaturæ, in qua sunt, sed non formaliter. Hæ quidem formaliter in deo sunt, deumque denominare, ac de deo prædicari possunt. Aliæ sunt perfectiones in certo tantum genere v. g. esse aurum est melius plumbo, sed non homine: et in suo formali conceptu, etiam abstracto, idest, intrinsece imperfectionem includunt, ita ut si omnem imperfectionem ab iis removeas, destruatur earum essentia, et natura: v. g. esse hominis essentialiter includit rationem corporis etc. Hæ perfectiones sunt in deo tantum eminenter, idest in deo est tanta virtus, quæ eminentiore illas modo præcontinet, et producit, ita ut ne nomina quidem earum de deo enuntiari possint, nisi metaphorice sunt, inquam, in deo hæ perfectiones, quia sunt Dei effectus, effectus autem in sui causa præexistit. Sed quia deus est earum causa non univoca idest ejusdem rationis, ut homo hominis, sed equivoca, et universalis ut Sol caloris etc. ideo præexistunt in deo eminenter, præexistunt scilicet in virtute, quæ una ad plures effectus se extendit

Numerus 3.us Itaque in deo sunt omnes rerum omnium perfectiones. Deus (inquit auctor libri cit. de divinis nominibus cap: 5.o) in una essentia omnia præhabet quemadmodum in unitate omnes numeri, vel circuli omnes in centro, vel in puncto etiam omnes lineæ continentur, non formaliter qui-

quidem sed solummodo continentia virtuali, ut addit ibid: idem scriptor. Nam cum Deus sit prima causa efficiens omnium, atq: ens per se, et necessario existens, habeat necesse est perfectiones rerum omnium, sed modo plane eximio ac præstantissimo. Videantur quæ diximus de summa perfectione entis independentis etc.

Numerus 4.us Res itaq: omnes Deo similes sunt, non specie quidem, uti homo homini, nec genere, ut homo, quatenus corpus, soli, sed analogia quadam, et entia primo, et universali principio totius esse, inquit sanctus Thomas. Quin et scriptura id ipsum tradit Genesis 1.o Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: nec sibi adversatur scriptura, cum testatur, nihil esse Deo simile. Eadem enim sunt similia Deo, et dissimilia, inquit pseudo Dyonisius loco citato cap: 9.o Similia quidem, quatenus Deum imitantur; imperfecte quidem, et secundum possibilem inimitabilis imitationem: dissimilia vero secundum quod deficiunt a sua causa, non solum secundum intentionem, et remissionem, sicut minus album deficit a magis albo, sed quia non est convenientia, nec secundum speciem, nec secundum genus. Neq: huc referri potest quod ajunt, comparationem, quæ vix a similitudine differt, inter res ejusdem generis tantum esse posse. Nam etsi Deus sit extra omne genus, est tamen principium omnium generum; ac præterea non dicitur esse similitudo inter Deum, et creaturas, propter convenientiam in forma secundum eandem rationem generis, aut speciei; sed secundum analogiam tantum, prout scilicet Deus est ens per essentiam, et alia per participationem. Hæc sanctus Thomas, qui rem ita absolvit: licet concedamus, quod aliquomodo creatura sit similis Deo, nullo tamen modo concedendum est quod Deus sit similis creaturæ; quia ut dicit Dyonisius 9.o cap: de divinis nominibus: In iis, quæ unius ordinis sunt, recipitur mutua similitudo, non autem in causa, et causato. Dicimus enim, quod imago sit similis homini, sed non e converso. Et similiter dici potest quod aliquomodo creatura

sit

sit similis Deo: nō tamen qđ Deus sit similis creaturæ. Videatur sctus Thomas 1.° contra gentes cap: 29.°

Numerus 5.° Conjicere ex superioribus possumus haud prorsus absurdam esse Angli scriptoris doctrinam, qui asserit attributa divina esse toto genere disjuncta ab illis perfectionibus, quarum formas habemus in animis; et nos non debere illas attribuere Deo sensu univoco, sed sensu tantum analogico, idest debere nos cogitare in Deo esse aliquid supra nostrum intellectum qđ respondeat aliqua ratione illis nostris perfectionibus, quamvis cum illis non habeat veram similitudinem etiam genericam. Gemina fere sunt quæ scribit Boëtius, pseudo Dyonisius, Anselmus, aliique: at hæc minime probantur doctori, et professori Sorbonico Ohocke in opere duobus abhinc annis edito de religionis principiis. Decernit vir clarissimus Dei, et creaturarum perfectiones ejusdem esse generis, et speciei: alioquin, inquit, nullam haberemus divinarum perfectionum veram notionem, aut tantummodo analogicam. Sed hac de re postremo loco disputabimus. Interim alia ejusdem momenta perstringamus....... ait ~~Creantia~~ scientiam esse unam, et immutabilem in omnibus mentibus; justitiam, sive in Deo, sive in homine esse constantem voluntatem sequendi in agendo immutabilem rerum ordinem etc. scilicet. Perfectiones inspicit vir clarissimus penes naturam earum proprias metaphisice, nō phisice, et penes conditionem subjecti. Si perfectiones divinæ posteriore modo sumantur, scientia, justitia, bonitas etc. sunt ipsa divina natura. Si ita acceptæ ejusdem essent generis, et speciei, ac perfectiones creatæ: natura quoque divina foret ejusdem generis, et speciei ac natura creata: quod horrendum est dictu. Perfectiones divinas, ut divinæ sunt, differre dicimus a creatis, ut creatæ sunt, atque: in concreto, ut ajunt, nō in abstracto. ......ait praeterea: quomodo in ista Christianorum proponendam

sen-

sentia hō factus est ad imaginē, et similitudinē Dei: hæc certe similitudo in nulla re pt consistere, quā in similitudne pfectionū: profecto doctor, et professor Sorbonicus stūd Thomā ne nōē quidē novit. Videatq numerus 47........ait demum: pfectnes quidē Dei sunt oēs nessariæ, æternæ, indypendentes immutabiles, pfectæ, infinitæ; in creaturis vō sunt contingentes, temporariæ etc. Sed denominationes istæ afficiunt solummodo modum, et gradum pfectionē n̄ ipsam speciē. Subjicit existentiā, cognitionē, potentiā ejusdē esse speciei in Deo, et creaturis; quia idea abstracta V.G. cognitionis, quæ genus constituit, tam pt applicari cognitioni mutabili, quam immutabili. Addit impfectū, et pfectū, finitū, et infinitum n̄ diferre genere, sed gradu tantum, secundum majus, et minus. Quod si genere diferrent, scientia nostra conferri posset cum diña solummodo, ut auditus cum visione. Sed in prmis denominationes nessarii, et contingentis n̄ afficiunt dumtaxat modum, et gradum accidentariū, sd substantiā, essentiā, atq: entitatē ipsā. Idea abstracta cognitionis, quæ genus constituit metaphisicū, cuivis cognitioni communis est. Sed idea cognitionis diñæ, ut diña est analogice tantū convenit cum idea cognitionis huñæ, ut huña est, n̄ absolute hic ideam, et cognitionē accipimus, sed comparate........ infinitū, et finitū infinite diferunt: secus pfectum, et impfectū, majus, et minus........ scientia diñæ, et huñæ idem est objectū, nempe veritas: atq: adeo penes objectum potior earum est similitudo, quam visionis, et auditus, quibus diversa objecta, color, et sonus respondent. Præterea inter scientiā diñam, et creatā intercedit ordo causæ, et effectus: sicut in auditu, et visione.

Numerus 6.us si creaturarum perfectiones analogice tantum similes divinis sunt, qui fieri potest, ut ex iis vera, et sincera Dei ejusq: perfectionum notitia hauriatur? vera profecto, ac sincera nobis inest Dei notitia. Atq: imprimis triplex distingui debet cognitio: abstractiva nempe quæ comparatur non ex rei ipsius contemplatione, sed ex ejus operationibus, et effectibus V.G. ex admirabili mundi opificio, et gubernatione Dei sapientia colligitur. Ad hanc refertur cognitio ex revelatione, et si qua est ex ideis innatis. Intuitiva quæ rem speculatur, ut in se est, et immediate: hanc speramus in altera vita. Comprehensiva demq: alia dicitur cognitio, quæ omnes rei alicujus partes, et rationes complectitur eo prorsus modo, quo insunt rei, totamq: rei naturam interius perspicit, et exhaurit. Dei non aliam hoc in statu habere cognitionem possumus, quam abstractivam, fatente doctore, et professore Sorbonico. Quonam modo abstractiva Dei notitia paratur, explicat sanctus Thomas 1.o contra gentes cap: 3.o principium totius scientiæ, quam de aliqua re ratio percipit, est intellectus, seu cognitio substantiæ ipsius. Nam cum proprietates e substantia, et natura effluant ignorata natura rei, ignorantur ejus proprietates, prout in natura sua, et substantia sunt. Atqui ad substantiam Dei capiendam intellectus humanus non potest naturali virtute pertingere; cum intellectus nostri secundum modum præsentis vitæ cognitio a sensu incipiat. Et ideo ea, quæ in sensum non cadunt, non possunt intellectu humano capi, nisi quatenus ex sensibus eorum cognitio colligitur. Sensibilia autem ad hoc ducere intellectum nostrum non possunt, ut in eis divina substantia videatur quid sit; cum sint effectus causæ virtutem non æquantes. Ducitur tamen intellectus noster in divinam cognitionem, ut cognoscat de Deo, quia est, et alia hujusmodi, quæ oportet

at

attribui primo principio, seu enti necessario, et per se existenti. Hactenus Sanctus Thomas .... itaq: mens nostra a creaturarum cognitione ad Dei cognitionem adducitur. Res ita se habet. Eas primum inspicit, ut effectus, et quidem contingentes: ex quo supremæ causæ, seu entis necessarii, a quo res, omnesq: rerum perfectiones profluant, existentiam cognoscit. Contemplatur deinde rerum perfectiones sigillatim, easq: in Deum refert, purgatas tamen a defectibus, quos contrahunt ex conditione entis creati, et dependentis, et a quibus abhorret conditio entis necessarii, atq: independentis. Ac sane perfectio Deo tribui debet, quia ea aliquid est, atq: adeo agnoscit effectricem causam: sed perfectionis ipsius defectus est nihil. Hæc porro Dei notitia, qua mens nostra imbuitur, sincera est, et vera

Sectio 4.a

De divinis attributis speciatim

Cognito de aliquo an sit (ait Sanctus Thomas 1.a parte q: 3.a) inquirendum restat, quomodo sit, ut sciatur de eo quid sit. Sed quia de Deo scire non possumus quid sit, sed quid non sit; non possumus considerare de Deo, quomodo sit, sed potius quomodo non sit. Primo ergo considerandum est quomodo non sit: secundo quomodo a nobis cognoscatur.

Cap: 1.um

De Dei spiritualitate.

Philo in libro de somniis hebetes vocat eos, qui Deum sine corpore intelligere nequeunt. Hebetudinem tamen hanc Melitoni Sardicensi Episcopo tribuit Origenes, ut q: 20.a in Exodum Theodoretus memorat; tametsi eum alii purgare studeant, quod incorporatum deum propter Incarnationem appellarit. Idem Tertulliano error inscribi solet, ut Augustinus testatur lib: 10.o in Genesim ad litteram cap: 25.o sed libro de hæresibus cap: 86.o eum quodammodo

a

a censura eximit, perinde ac cum deum dixit corporalem nihil sibi vellet aliud, quam qd non sit nihil, non inanitas, non qualitas. At Audeani ab auctore Audio, idemq: Antropomorphitæ, ita appellati ab Antropos, homo, morphê species natura, deum humanâ specie circumscribebant, stulte, et impie. Spiritus est deus, inquit Johannes cap: 4º quæ quidem verba transposite construenda, deus est spiritus, idest incorporeus ut Chrisostomus homilia 32ª in Johannem explicat: etsi Spiritus Sancti divinitatem inde colligat Ambrosius libro 3º de Spiritu Sancto cap: 11º Sed ut plurima prætereamus, Paulus 2ª Corinthi: 3º ait: dominus spiritus est: atqui spiritus carnem et ossa non habet, ut Christus ipse loquitur Lucæ ultimo. Hic verum locum minime habet, quod aiunt spiritus nomine aliquando ventum, qui corpus est indicari, quemadmodum Act: 2º Nam hoc elicitur ex contextu, ubi contextus non reclamat non est cur quidpiam corporeum subaudiamus.......... denique Deum non esse corpus gravissimæ rationes efficiunt. Primo Deus est ens præstantissimum, at ejusmodi nequit esse corpus. Corpus enim aut vivum est, aut secus. Si vivum nequaquam est: at certe corpus vivum est eo nobilius. Si vivum, haud equidem est per se; alioquin omne corpus esset vivum: ergo vivit per aliud. Hoc ipsum est nobilius corpore, ut corpore nostro nobilior est anima, qua vivimus......... 2º si deus esset corpus, vel esset corpus finitum, vel infinitum. Si finitum: ergo deus esset finitus, nec proinde deus. Si infinitum omnia occuparet loca, nec reliquis corporibus relinqueret spatium. 3º Deus est totus ubiq: corpus ubiq: totum non est: ejus enim partes aliæ in aliis locis sunt. Ergo deus non est corpus.

ob-

Objicies. Sacræ litteræ Deo tribuunt partes, et affectûs humani corporis, hõemq: esse Dei imaginem tradunt.

Respondetur. Deus cum in sacris litteris hõi per hõem alloquatur suos sermones hõium captui, et loquendi consuetudini accommodat. Itaq: sacræ litteræ diña, et spiritualia adumbrant rerum corporearum similitudñe. Quantite corporis quantitem virtutis, idest profunditẽ, vel arcanorum cognitionem, vel Dei ipsius incomprehensibilitatem, vel Dei sup õia eminentiam; longitudine æternitem; latitudñe, vel potestem, vel dilectionem erga res oẽs designant. Humanis membris diñas operatões, oculis perspicacitem, manibus eium effectricem, digito Spum Dei, idest Spum Sctum, facie notitiam quam ipse sui exhibet; dextera Dei protectionem, pedibus diñam præsentiam significant. Deum sedere dum perhibent, ejus immobilitem, et auctoritem, dum stare, ejus fortitudinem, et constantiam, dum ambulare, ejus per õia pervagantem insipientiam, aut specialem aliquam adsistentiam innuant .... hõ factus dicitur ad imaginem, et similitudnem Dei, non penes corpus, ut exponebant Audiani apud Epiphanium hæresi 70. paragrapho 1. ac deinceps, sed penes id, quo, ut ait Angẽus, hõ excellit alia animalia: unde Genesis 1. postquam dictum est, faciamus hoẽm ad imaginem ,, et similitudinem nostram subditur, ut præsit piscibus maris etc. excellit ,, autem hõ õia animalia quantum ad rationem et intellectum: unde ,, secundum intellectum et rationem, quæ sunt incorporea, hõ est ,, ad imaginem Dei ,,: Epiphanius loco laudato ita etiam interpretatur textum illum Geneseos, tametsi malit eum ad hoẽm integrum pertinere, ut imago in integrite sit posita.

Cap: 2.um

De infinitate Dei

Infinitas videtur esse summa, et absoluta perfectio: summa, quatenus

oēm pfectnēm complectit*: absoluta quatenus nec modum aprosit, nec mensuram........ in Deo oīs est pfectio, grece τελειοτης. demonstratum est supra numō 9º. Nam quidquid pfectnis noē intelligi solet, aut esse cepit, aut n̄ cepit. Quod n̄ cepit dei est, qd cepit, nesse est habuerit, unde inciperet. Et cum a nihilo nihil fiat, eorum quæ sunt, sequit*, ut quæ in effectis apparent pfectiones, in causa fuerint, ut secundum eas causa efficere aliquid posset; et proinde oēs in causa pmā. Neq; pmā causa ullas pfectnē postea orbari potuit: n̄ aliunde, quia independens est: neq: vō a se, quia nāra oīs suam pfectiorem appetit... .... sunt hæ pfectnēs in deo modo infinito; quia attributum cujusq: finit*, aut quia causa, p quam existit, tantum nec plus ei communicavit; aut quia ipsa tantum, nec amplius capiebat. Deo autē nulla nāra quidquā sui communicat; nec ipse aliunde cepit quicquam, quia existit p se, seu nesario. Hæc Grotius, quæ ita illustrant* a Clarchio si absolute nesaria est existentia unius entis infiniti, independenter et per se (neq: enim plura esse possunt, nisi velimus effectum pfectiorē esse sua causa) si, inquam, existere debet hujusmodi infinitum, sequit*, illud nesario debere existere p se. Quod si existat nesario p se, debet quoq: esse infinitum. Nam ostendimus existere p se perinde esse, ac existere vi nesitis absolutæ, essentialis, et nāralis. Cum vō hæc nessitas sit quaqua versus absoluta, neq: ab exteriore aliqua causa dependeat; liquet eandē ipsam esse constantissime penes oīa, et pperuo. Nam nessitas, quæ talis penes oīa n̄ foret, minime absoluta foret suapte nārā: foret nessitas consequens, et ab aliqua exteriore causa dependens. Verum enim vō nessitas in se ipsa absoluta non ad tempus, n̄ ad locum respicit, aut qualemcumq; rem.

Ergo quidquid existit vi nessitis in se ipsa absolute, debet nessario esse infinitum, ita ut æternum. Si supponatur ens finitum existens per se, nemo sine contradictione formali dixerit, illud ens non existere; at interim concipi pōt, ut n̄ existens sine contradictione. Itaq: absurditatum absurdissima in eo est, qd supponatur ens finitum posse existere per sese. Si n̄ sine contradictione concipio aliquod ens ab aliquo loco abesse, possum etiam sine contradictne concipere illud, ut absens ab alio loco deinde ab alio pariter, ac demum ab oī loco. Quæcumq: igitr in eo sit existendi nessitas hanc ab aliqua exteriore causa acceperit nesse est: hanc ex se ipso illud sibi vindicare n̄ potuit: ergo n̄ existit per se.

Infinitas enunciatur in sacris litteris de maxima copia divitiarum, scelerum, populi, ac jumentorum; sed pr hyperbolen, sive sensu populari, et consuetudine. Ut de Deo pprie prædicatr: nam unus est, qui est sup oēs, et pr oīa, et in oībr nobis. Ephesios 4° v: 5°

Deus cum sit penes essentiam infinitus, est essentia omnium rerum eminenter, ut vā sit hæc propio Deus est substantia lapidis — eminenter. Non his tamen est rerum oīum essentia formaliter: atq: adeo suas illis n̄ adimit pfectnēs. Equidem si extaret corpus infinitum, præter illud n̄ esset aliud corpus: occuparet enim locum oēm formaliter, idest eadem prorsus ratione, qua occuparetr ab alio. Ex quo sane n̄ sequitr præter divinam infinitam essentiam, esse n̄ posse alias substantias, quia illa has continet eminenter.

Cap: 3um

De immensitate Dei.

Deus ens est per se se existens nessite absoluta. Sed qd nessite absoluta existit, ubiq: existit, seu a nulla re, et loco abesse pōt.

nam

Nam qd sine contradictione concipi pt ut absens ab aliquo loco pt etiam sine contradictione concipi, ut absens ab alio ac deinceps ab alio, itemq: ab oi loco. Potest ergo n existere: atq: ideo n existit nessite absoluta. Praeterea nessitas absoluta existendi nulli obnoxia est diversiti nulli defectui, aut interruptioni. Ergo quod ex absoluta nessite existit, semper, et ubiq: existit.

Jam perspicue patet ens per se se existens esse infinitud vè, propriéq: atq: eo perfectiore sensu, qui huic voci subesse possit. Sed ubi constituendus sit quonam modo ens per se existens sit infinitum et quonam modo possit esse ubiq: praesens: id humae menti finite nec assequi nec explicare fas est. Verum tamen est, et indubius, actu illud ubiq: praesens esse, ac tam certa, et explorata ratiocinantib, et meditantib ejus est oi praesentia, quam infinitas .... nolumus in eos saevire, qui contendunt existere nessarie spatius infinitus, et aeternus qd oes res corporales, et spirituales contineat; quodq: nihil aliud sit, quam ipsa diva immensitas sed rectius ii nobis sentire videnr qui navam cogitantes, et simplices, neq: cum spatio coëxistendi neq: loco coërceri putant qd id sine partib diversis ut et similib, atque cohaerentib concipi nequeat. Spirituum quippe affectiones et vires oes, sensus, cogitatio conscientia etc. nullo modo per locum extensum porrigenr. Nihil definiendum; ideam tamen qualemcumq: effingere hac ratione possumus. Entia creata, et finita n possunt esse praesentia, nisi uno in loco quavis vice: immo entia corporea in eo ipso loco pro n possunt, nisi modo imperfecto, et inaequali quantus ad eorum facultem, et actuitates, quia se se prodit p membrorus aut organorus suorus motum successivum; sed causa suprema ex adverso (cujus existentia est infinita, perfecteq: simplex,

res=

resq: omnes eminentissimo modo continet) causa, inquam, suprema, continenter aeque praesens est cuicunque immensitatis puncto non secus ac immensitas reapse in uno tantum puncto consisteret. Praesens autem est, et per essentiam simplicissimam et per virtutem actionem, suorumque attributorum manifestationem.

Deus (inquit sanctus Thomas 1.ª parte q: 16.ª art: 3.º) est in omnibus per
„ potentiam in quantum oia eius potestati subduntur. Est per
„ praesentiam in oïbus, in quantum oia nuda sunt, et aperta oculis
„ eius. Est in oïbus per essentiam, in quantum adest oïbus, ut caussa
„ essendi„. Exponendae tamen sunt nonnullae scripturarum phrases. Cain dicitur egressus a facie Domini, idest a loco, in quo ei Dominus apparuerat......... Rebecca perexit ut consuleret Dominum. idest ut oraret, quod vox hebraica refert......... habitare dicitur Deus in arca, in templo, in justorum animabus, providentia speciali, manifestatione gloriae, largitione gratiarum....... Descendere dicitur Deus, ambulare, accedere, quatenus aliquid facit in terra, quod praeter usitatum naturae cursum mirabiliter factum praesentiam ejus quodammodo ostendat, ait sanctus Augustinus lib: 16.º de Civitate Dei cap: 15.º

At Conradus Borstius primum Ecclesiae Steinfurtensis minister, deinde in Accademia Lugduno Batava professor immensitatem Deo abiudicat. Qui super oia est, inquit, non est in oïbus: Deus est super oia: excelsus super oës gentes Dominus, psal: 112.º v: 4.º Divinam etiam majestatem dedecet in rebus minimis, aut vilissimis esse. An vero Deum in daemonibus collocabimus &c...... haec enim sanctus Thomas vidit, et reiecit. Siquidem prima parte q: 16.ª art: 1.º ad
„ 1.um scribit: Deus est super oia per excellentiam suae naturae: et
„ tamen est in oïbus rebus ut causans oium esse„. Res nempe oio oës Deus producit, conservat, iisque providet: quod supremo

em=

enti maxime convenit. Quod attinet ad dæmones hæc habet sctus Thomas ibid: ad 4um in dæmonib. intelligit natura, quæ est a Deo, et deformitas culpæ, quæ nō est ab ipso. Et ideo nō est absolute concedendū qd Deus sit in dæmonib. sed cum hac additione; inquantū sunt res quædā. In reb. autē, quæ nominant natam nō deformatā, absolute dicendū est Deum esse.

Cap: 4um

De immutabilite Dei

Quidquid mutat, vel ab alio mutat, vel a se ipso. Deus nō mutatur ab alio: oē enim qd mutat, eo qd mutat imbecillius est; quia hoc agit, illud patit. Nec mutat a se ipso: nam qd a se ipso mutat, vel in melius, vel in deterius mutat. At nihil sponte sua in deterius mutat, nisi per insitiā. Quod autē mutat in melius, id eligit, quia ante mutationē meliore bono indigebat. Sed nec insitia, nec indigentia in Deū cadit. Ita Proclus in commentario ad Rempublicā Platonis.

Quæ ad generationē, atq: Incarnationē Verbi, quæque ad scientiā, et voluntēm Dei ptinent, atq: adversus divinam immutabilitēm produci possunt, suis in locis diluent.

Obiicies 1. Deus ira ceterisq: motib. animi obnoxius est, ut ex scripta colligimus. Est ergo mutabilis.

Respondet. Scriptores sacri, ubi passiones Deo tribuunt, metaphorice, minusq: pprie loquunt. Eæ quippe Deo insunt penes effectum, secus penes affectum: nimirum Deus eas in rebus mutationes efficit, quas hoēs animi passionib. commoti efficere solent. Homo iratus opus iam contructum delet, ulciscit etc. Hæc dum Deus efficit in creatura, pariterē furere etc. dicit in scriptis, quæ huno plerumque more

lo-

loquant. Non mutatq igitq Deus, sed mutat. Ita Augustinus lib: 1.º ad Simplicianum quæst: 2.ª sed Tertullianus hic lapsus esse videtq.

Obiicies 2.º ante productionem mundi Deus ñ erat creator, Dñus, rector, pater creaturarum, ergo in creatione factus est ex ñ creatore creator est. ergo est mutatus.

Respondetq. Quædam de Deo dicunq secundum se, et absolute, quædam relative, et connotative. Relativa denominatio mutationem petit alterutrius extremi: Habemus ẽplum in relativis õibq, et singillatim in numo, qui fit pretium, fit pignus, fit munus quin mutetur: de quo Augustinus lib: 5.º de Trinitẽ cap: 16.º Itaq: denominationes illæ extrinsecæ sunt, et connotativæ non intrinsecæ, et absolutæ. Dñi nomen post creationem nihil intrinsecum Deo contulit, qđ antea ñ haberet, sed aliquid extrinsecum, scilicet relationem creaturarum ad Deum ipsum, quæ quidem minime ab æterno fuit, sed in tempore.

Urgebis. Creatio est actio Dei in tempore: ergo nova actio in Deo extitit.

Respondetq creatio nihil novi est penes Deum creatorem sed penes creaturas. Deus ab æterno voluit mundi creationem, non pro æternitẽ quidem, sed pro tempore respondente instanti virtuali æternitis, quo mundum reapse creavit. Ita Augustinus lib: 12.º de civitẽ Dei cap: 17.º addit pater Berti: ñ debemus ~~eum~~ Deum modulo ñro metiri: in nobis distinguuntq consilium, voluntas, et operatio. Est enim aliquando sine consilio voluntas, sine operatione consilium. Hæc tria in Deo ob pfectissimam simplicitatem sunt idem, neq; pt consistere unum sine altero. Quemadmodum ergo intelligimus opus pfici in tempore a sempiterno consilio: ita debemus asserere effici in tempore æterna, ac immutabili operatiõe; ita ut mutabilitas tota ad rem quæ pficitq spectet. Ut lineæ productæ a centro ad circumferentiam circuli, di-

spe-

spectent, in centro sunt singulæ punctum indivisibile. Si in circumferentia spatium impercipiunt et eo amplius, quo magis effluunt a centro: ita oīa Dei opera si ea in creaturis metimur distant invicem, ac mutantur; si in centro æternitatis, a quo profluunt, incommutabiliter permanent, nec ab invicem divellentur

Cap. 5um.

De æternitate dei.

Æternitas est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio. Atq: hæc est Dei propria æternitas, duratio nempe permanens, expers successionis tam penes substantiam, quam penes operationes qualis in spūs creatos convenire nequit.

Dei æternitem una cum ejus existentia demonstravimus sect: 1. cap: 1o num: 1. est. Hæc addi possunt. Primo Deus est ens per se, et nessario existens nessitē absoluta, et natæ, quæ a nulla exteriore causa pendet. Id qd ejusmodi nessitē existit, n̄ potuit, non pt n̄ existere. Secundo Deus si æternus n̄ sit, aliquando initium habuit. Atqui habere initium n̄ potuit. A quo enim haberet? n̄ ab alio, cum sit ens primum. Non a se ipso, cum nulla res sibi dare possit existentiam: rei quippe n̄ extantis nulla virtus, nulla efficacitas est. Æternitāt idea ex rerum mutabilium duratne petenda n̄ est. Nam Deus rerum temporalium, atq: ipsius temporis parens oium temporum seriem, idq: qd nos præteritum tempus præsens, et futurum nominamus, simul continet nullamq: habet adjunctam successionem: contra rerum, quarum imperfecta natā labilis, perpetuisq: motibus, et vicissitudinibus agitatur, duratio nessario succedens est, præteriens, et fluens; ex præterito tempore in præsens descendit, semper futurum spectat......

sed

sed nulli, iiq: gravissimi Chri proposita sentiam nimis subtilis arguunt et rotunde statuunt æternitem esse duratnem successivas seu tempus infinitus. Hi sibi plaudant nos non amicos habituri, n hostes

Cap: 6us

De unitate dei.

Propio 1a

Deus est unus.

Pmo. Deus existit nessario. Non possumus autes sine contradictione supponere duo, aut plura entia nessario existentia. Siquides cum in hypothesi unumquodq: eorus independens sit, sibique sufficiens, etiamsi supponeremus alterutrus n existere; alterus alterius vicissim existentias nessarias evertit: ex quo sequitur neutrus esse posse nessarium, et independens. Ita Clarchius. Secundo. Si duo essent, aut plures Dii libere agentes, et volentes, possent contraria velle: impediretq autem alter ab altero, quominus qd vellet, efficeret: impediri autem posse Deo indignum est. Tertio. Si plures Deos ponas, jam in singulis nihil invenias cur nessario sint; nihilque cur magis duo, quam tres aut decem, quam quinque credantq. Ita Grossius. Quarto. Oia Dei attributa sunt infinita: ergo singularia. Immensitas quidem singularis est. Nam quod immensus est a nulla re ~~exp~~ excluditq. At duo entia æqualia et independentia se mutuo excludunt. Omnipotentia nequit esse multiplex. Si duo forent Omnipotentes, alter in alterus nihil posset, ac proinde neuter esset Omnipotens. Neuter esset scientia infinita praeditus quia alter alterius æqualis, et independentis virtutem, vim, consilia minime nosset. Ita

ho-

Atoche. Quinto. Ordo, qui in universo cernitur Dei unitatem
demonstrat: qđ ita declarat sanctus Thomas q: 3ª de creatione
" art: 6º "si universa entia essent dio a contrariis principiis in unum
" supremum principium n̄ reductis, n̄ possent in unum ordinem
" concurrere, nisi p accidens. Ex multis enim n̄ fit coordinatio,
" nisi p aliquem ordinantem, nisi forte multa casualiter in
" idem concurrant. Videmus autem corruptibilia et incor=
" ruptibilia, spiritualia, et corporalia, pfecta, et imperfecta in
" unum ordinem concurrere. Nam spiritualia movent cor=
" poralia. Quoadminus in hoc apparet, corruptibilia etiam
" p corpora incorruptibilia disponuntur: sicut patet in alte=
" rationib. elementorum a corporib. cælestib. Nec potest dici
" qđ hæc casualiter eveniant. Nam n̄ contingeret ita semp,
" vel in majori parte; sed solum in paucioribus. Oportet ergo
" oīa ista diversa in aliquod unum primum principium reducere,
" a quo in unum ordinantur: unde Phus 12º metaphisicæ
" concludit, qđ unus est principatus.

Obicies 1º vel ipsa scriptura sæpe deos plures commemorat. Nam
Exodi 7º v: 1º Moses Deus dicitur Pharaonis. Psal: 81º Deus stetit
in synagoga deorum ego dixi dii estis. Paulus 1º Cor: 8º v: 5º
sunt dii multi, et Dni multi. Quin etiam præter Deum optimum
maximum inducitur Deus et princeps hujus sæculi etc.

Respondetur. Scriptura ubiq: veri Dei unitatem prædicat. Deuteron:
6º Dnus Deus noster unus est. Ibid: 32º videte qđ ego sim solus,
et n̄ sit alius Deus præter me. Cæterum qui Deum ipsum
quodammodo referunt reges, judices, viri justi, dii interdum
appellantur, n̄ absolute quidem sed iis appositis, ex quibus
eos pp̄ter singulare aliquod donum cælitus concessum ita
vocari vel ex quib. eos nihil esse, sed tantum istud nōis
a=

apud populos obtinere, conjici possit. Mosen deum n̄ esse natura, sed ministerio divinitus imposito apud Pharaonem, ostendunt hæc ipsa verba: ego te constitui deum Pharaonis. Qui natura deus est, a nemine constituit. Igit τὸ deum impproprie accipiendum est pro judice, ut: τὸ deorum psal: 68° Additur quippe: in medio autem deos dijudicat. Ita sumendum est illud, Dii estis, idest, judices estis ad regendas meas juxta legem, et prascriptiones populos. Sequit enim: vos sicut hoēs moriemini, et sicut unus de principib cadetis. Tandem Apli textus revocandus est ad populorum opinionem, et superstitiones, cum subjiciat: nobis tamen unus Deus. Demum Deus hujus sæculi, qui mentes infidelium excæcat apud Paulum 2° Cor: 4° Et princeps hujus sæculi, qui ejicitur foras. Apud Johannem epla 1° cap: 12° Est diabolus, qui ab infidelib colit, atq: ex animis nostris Dei gratia extrudit. Dicit Deus, n̄ quia est, sed quia habet. Sic venter intemperantium Deus, principatū appellat, cupiditatem earum, quib concupiscit oē qd transit, ut monet Chrisostomus.

Objicies 1° Si Deus unus est, n̄ est trinus, idest si Deus est unus tres esse n̄ possunt divinæ psonæ. Nam 1° Aut quævis psona diva habet id, qd habet altera; ac proinde quædam est supervacanea; aut n̄ habet, atq: adeo diva n̄ est. 2° vel quævis psona est id, quo melius cogitari n̄ pt; ac tum complectit oēs pfectiōes: quo fit, ut paternitas contineat filiationem: vel secus, et tum quævis psona Deus n̄ est, falsoq: enunciat, pater est Deus. 3° Aut quævis psona mundum creat, et agit, indeq: aliarum consortium excludit; aut secus diva n̄ est.

re=

Respondet. Una est in tribus personis divinis natura. Nam etsi natura humana, vel quæ finita est eadem in pluribus personis esse non possit, at longe aliter divina. Habet ergo quævis persona divina quidquid habet altera ratione naturæ, quæ eadem, atque indivisa in tribus est personis. Nulla autem persona supervacanea est, nisi velis supervacaneam in deo esse mentem, et voluntatem, ipsam nempe naturam. Itaque paternitas filiationem complectitur non immediate (alioquin una tantum esset persona divina) sed mediate quatenus habet naturam divinam, quæ est actu, et realiter idem cum filiatione. Creare vero, et regere mundum divinæ personæ non est ratione personalitatis, sed ratione naturæ, idest potentiæ, quæ tribus divinis personis communis est.

Obiicies 3º Extat Deus summe bonus: ergo extat Deus summe malus.

Respondet. Non potest aliquid esse, et summum malum esse. Si est, bonum est. Ens idem est ac bonum; proinde appetimus esse. Malum autem est entis privatio, ac defectus. Quamobrem bonum arguit existentiam causæ effectricis: malum (præsertim morale) causam tantum deficientem requirit. Nemo quærat efficientem causam mali: non enim est efficiens sed deficiens, quia nec est effectio, sed defectio, inquit Augustinus lib. 12º de civitate Dei cap. 7º et cap. 11º Enchiridii ad Laurentium paragrapho 4º Quid est aliud, quod malum dicitur, nisi privatio boni? scimus quid ad hæc regerat Johannes Clericus sub larva Johannis Phereponi: sed ea excutere non est hujus loci.

Propositio 2ª

Præpostera, et absurda est Manichæorum de deo malo sententia.

Probatur. Notio summi mali est contradictoria. Nam summum malum vel caret, vel non caret perfectionibus summi boni, excepta tamen benevolentia. Si caret, est ergo non entitas, seu negatio entitatis, et

et realitis, quæ Deo inest, intelligentiæ, potentiæ, etc. uti tenebræ sunt negatio lucis: quo quidem exeplo Manichæi malum, et bonum principium delineabant. Itaq: summum malum vocare posses nihilum infinitum........ qd si ñ caret ens: ejus attributa sunt repugnantia. Providentia exepli gratia sine benevolentia, quæ esse pot: qui fieri pot, ut voluntas ñ prosequatr id, quod intellectus ut rectum percipit, cum propensio rei nãral sequatr. Felicitas componi nequit cum sui ipsius odio, quo ens summe malum afficiatr necesse est. Neq: intelligentia cum ignoratione recti, neq: independentia cum utilitatis spe conciliatur.

Secundo duorum Deorum hypothesis ad explicandam mali originem a Manichæis invecta est: at inepte. Nam duo illa coæterna principia aut ex necessite nãtæ, aut consulto, et libere, sive inito fœdere agere supponuntr. Neutrum facit ad originem mali inveniendo. Primò si ea agunt necessite nãrali, quam quidem nec nos mortales, nec Dii illi frangere possint nullus erit locus libertati, sine qua nihil morale esse potest, atq: adeo ipsa mali moralis notio evanescit......... nec mali originem melius declarat Baylius dum ponit duo illa principia libere agere, et postquam vires mutuo experta sunt, fœdus inisse. Nam primum Baylius hanc hypothesim excogitavit ut pervulgatam opinionem quæ Deo tribuit mali tolerantiam boni qd inde elicit causa. Atqui Deus ñ minus mali auctor est in hac hypothesi, quam in opinione pervulgata. Supponit Baylius, Deum bonum tolerare malum ex fœdere quo se libere adstrinxit, adstrinxisse autem eo se fœdere ut aliquid etiam boni existeret. Porro æqualiter mali auctor videtr esse, qui mali entis ludibrio, et malitia

Su=

suam exponit creaturas, ac is, qui creaturam efficit mali capacem. Quid enim refert, si creatura malis obnoxia est ex interna potius nat̃æ constitutione quam ex efficacia externæ causæ. qui satius fuit hoēm genii mali furorib. objici, quam eum ōio ñ esse; vel ñ satius etiam fuisse diximus hoēm cum vita mortalis miseriis ~~tam~~ mulctari, et peccandi libertē potiri, quam nullo modo existeret: deinde fœdere res inter duos deos nec compositæ sunt, nec potuerunt componi. Imp̃mis ñ fatali lege ob duorum principiorum fœdus, sed imprudentia, et intemperantia miserias, consilio, et industria felicitēm comparari constat. Præterea qui fieri p̃t, ut convenerint, ac res temperaverint duo principia, quorum alterum bonum absolutum, alterum malum absolutum, et liquidum nat̃a prosequitur: qui bonum p̃turbationi, malum ordinis introductioni consentire potuit: quid q̃d hujus compositionis hypothesis religionem ōem obliterat, ac nullam relinquit spem in boni dei præsidio, in mali genii placabilitate.

Propõ 7.ª

Materia nequit esse p̃ncipium rerum ōium vel mali principium

Paragraphus 1.us

Animadversiones.

P̃mo. P̃horum, qui principii dignitēm materiæ ab Atheis, quos Materialistas vocant assertam ablegant, non una est classis, et acies.

Secundo. Peripatetici cum materiam a forma distinguant atq: ex utraq: corpus conflari velint aliter de materia, ac de corpore disputant. Sentiunt tamen nec materiam,

nec corpus esse posse rerum principium. Materiam esse creatam ab universali oium causa, quæ Deus est, ostendit Sctus Thomas 1a p: q: 44a art: 2o eamq: n esse pmam distinctionis rerum causam demonstrat lib: 2o contra gentiles cap: 40o Sed neq: corpus creare posse cap: 20o ejusdem libri utrumque prorsus esse rerum oium principium q: 3a de potentia art: 6o invicte conficit.

Tertio iidem Peripatetici vim, et virtutem oem materiæ denegant, corpori tribuunt. Sctus Thomas 1a p: q: 115a art: 1o ad 1um inquit: "quando Avicebron, qui sic arguebat: est aliquid, quod est " movens, n motum: ergo ex opposito est aliquid, quod est " motum, et patiens tantum: concedendum est: sed hoc materia est pma, quæ est potentia pura, sicut Deus est actus purus. Corpus componitur ex potentia, et actu: et ideo est agens et patiens........ Itaq: vim activam in corpore agnoscunt. Corpus quia ex potentia, et actu componitur ut passivum, ita et activum esse decernit sctus Thomas. Et pluribus comprobat cum 1a p: q: 115a art: 1o tum 3o contra gentes, ubi postquam Deum oia in oibus operari constituit " ait cap: 69o: Ex præmissis autem quidam occasionem errandi " sumserunt putantes qd nulla creatura habet aliquam " actionem in productione effectuum nalium ita scilicet, " qd ignis n calefacit, sed Deus causat calorem præsente " igne. etc.

Quarto. Cæterum qd ad motum corporum attinet, n ita illum corporibus tribuunt ut virtutem spiritualem in corpora agentem excludant. Ea de re ex instituto disserit sctus Thomas 1a p: q: 110a art: 1o Oia corporalia, inquit, reguntur per Angelos: et hoc n solum a sctis doctoribus ponitur, sed etiam ab oibus Philis

qui

qui incorporeas substantias posuerunt ...... res corporales habent determinatas actiones: sed has actiones non exercent, nisi secundum quod moventur; quia proprium corporis est, quod non agat, nisi per motum. Et ideo oportet quod creatura corporalis a spirituali moveatur.

Quintò tandem quid de necessitate, et contingentia rerum naturalium sentiant, discimus ex Angelico lib: 2º contra gentiles. Ibi-
„ sanctus doctor cap: 23: Deum non agere ex necessitate naturae jure
„ demonstrat, ac numero 2º inquit: quidquid non implicat
„ contradictionem subest divinae potentiae. Multa autem non
„ sunt in rebus creatis, quae tamen si essent contradictionem
„ non implicarent, sicut patet praecipue circa numerum et
„ quantitatem et distantias stellarum, et aliorum corporum, in
„ quibus si aliter se haberet ordo rerum contradictio non implicaretur.
„ Multa igitur subsunt divinae potentiae, quae in rerum natura
„ non inveniuntur. Quicumque autem eorum quae potest facere
„ quaedam facit, et quaedam non facit, agit per electionem voluntatis
„ et non per necessitatem naturae. Deus igitur non agit per necessitatem naturae,
„ sed per voluntatem. Sed caput trigesimum ita ipse exorditur. Licet
„ autem omnia ex Dei voluntate dependeant, sicut ex prima causa,
„ quae in operando necessitatem non habet, nisi ex sui propositi
„ suppositione: non tamen propter hoc absoluta necessitas a rebus
„ excluditur, ut sit necessarium nos fateri omnia contingentia
„ esse: quod posset alicui videri ex hoc quod a causa sua non de
„ necessitate absoluta fluxerunt, cum soleant in rebus esse
„ contingentes effectus, qui ex causa non de necessitate procedunt.
„ Sunt enim quaedam in rebus creatis, quae simpliciter, et absolute
„ necesse est esse. Illas enim res simpliciter, et absolute necesse
„ est esse, in quibus non est possibilitas ad non esse. Quaedam autem

res

" res sic sunt a deo in esse productæ, ut in earum natura
" sit potentia ad n̄ esse: qd quidē contingit ex hoc, quod
" materia in eis est impotentia ad aliam formā. Illæ-
" igit̄ res, in quib̄ n̄ est materia, vel si est n̄ est possibilis
" ad aliam formam, n̄ habent potentiam ad non esse:
" eas igit̄ simpliciter, et absolute necēe est esse.

Sexto hæc Peripatetici etiam num in scholis profitent̄. Alii aliam excogitarunt olim philosophandi methodum, a recentiorib̄ plerisq: in dias luminis auras revocatam. Equidē præter ~~[illegible]~~ Hobbius, et Tollandus clarissimus Leybnitius materiæ, seu corpori inesse statuit vim activam virtutē motricem, quandā tendentiā ad motum, et nisū elementarem. Alii attractionē inhærentē materiæ qualitatē agnoscunt. At Malebranchius corpus exuit virtūe activa. Negat inesse materiæ vim gravitatis, et vim cohæsionis. Statuit vires nāuales esse ipsam dīnām efficaciā et ōia fenomena, quæ vocant effectus virium nāuæ, et legum motus nihil revera esse, si ppriè loqui velimus, nisi effectus dīnæ actionis, aut esse affectus particulares legum nāuæ generaliū, quæ leges generales sunt tantummodo effectus generales efficaciæ dīnæ. Cursus ergo, et ordo naturæ, aiunt nullus est ppriè dictus, sed hoc nōe significat dīnā voluntas res oēs regens ratione constanti ppetua, et uniformi. Denuō addunt Dieuvantius, et Hoocke ea quæ in corporibus, et circa corpora observant̄, a principe causa incorporea atq: immobili oriri vel immediate, vel interposita causa secunda spirituali.

Septimo inquiri posset num q si quæ sint in materia ppriētes vera essentiales sint an accidentales, seu num nēcessario materiæ in=

inhæreant, an contingenter. Nec materiam, seu corpus, nec ejus existentiam aut proprietatem aliquam esse necessariam comparate ad 1.am causam conditricem, demonstrant Peripatetici: at in rerum natura esse aliquid in se, et per se necessarium concedunt. Id qui corporibus omnem ~~...~~ adimunt vim activam, nihil in iis sibi videntur deprehendere necessarium. Qua de re ita mentem aperiunt suam, ut eorum decreta ex Clarkio describere operæ pretium sit........dum necessitatem dicimus, absolutam intelligimus necessitatem. Sic statuimus, mundum materialem, quæque in eo sunt non existere necessario: totum compositum, partes singulas, earumque positionem, motum, materiam, formam nullam præseferre existendi necessitatem: sed hæc omnia credimus esse arbitraria, habita ratione potestatis et possibilitatis, tametsi aliunde necessaria esse potuerint, habita ratione sapientiæ conditricis et pulchritudinis, atque armoniæ universi conditi. Quidem non possumus non agnoscere necessitatem convenientiæ; hoc est ut universum recte constituerent, oportebat particulas eodem, quo collocatæ sunt, ordine collocari eodem motu cieri esse, certisque proprietatibus insigniri: sed nullum occurrit vestigium necessitatis naturæ, et essentiæ, pro qua Athei digladiantur.

Octavo itaque Materialistas contundunt, et enecant omnes qui Dei unitatem tuentur Philosophi, sed alii aliam sectantur methodum. Theologi a Philosophis dolutis in pari causa abstinere nec possunt, nec debent, præsertim cum Materialistæ revelationem exsibilent. At Theologia, ut ait Sanctus Thomas 1.a p. q. 1.a art. 5.o
„ utitur aliis scientiis tanquam inferioribus, et ancillis, et (art.
„ 6.o) non pertinet ad eam probare principia aliarum scientiarum,
„ sed solum judicare de eis. Quidquid enim in aliis scientiis

in

inveniti veriti hujus scientiæ repugnans, tosum condemnaq, ut falsum. Quid ergo Theŭi sumus, atq: ut Theŭis juribus et digniti consulamus Phorum quidem notiones adsciscimus sed has illis ñ anteferimus. Oiā recensemus placita; ac suo quemq: judicio uti sinimus.

Paragraphus 2.us

Propŭis firmata ex veterib.

Pmō quæ a Peripateticis in hanc rem afferri solent, consulto prætermittimus: nam et prostant apud Angūum, et in invidias vocanq a delicatulis. Præstat hic advocare quæ a veterib. Apologistis Xrianæ religionis producta sunt. Atq: in primis Angūus sentiæ suæ testem apellat Augustinum. Hic quippe lib: Confessionum 12.o cap: 6.o materias vocat nihil aliquid: ex cap: 8.o inquit: tu Dnē fecisti mundum de materia informi, quam fecisti de nulla re pene nullas rem; materia ñ est ōio nihil, sed medium quid inter formatum et nihil ibid: scribit........ Hæc demum habet lib: 1.o de Genesi contra Manichæos cap: 6.o deus rectissime creditq ōia de nihilo fecisse; quia etiamsi ōia formata de ista materia facta sunt, hæc ipsa materia tamen de ōio nihil facta est. Non enim debemus esse similes istis, qui Omnipotentes Deus ñ credunt aliquid de nihilo facere potuisse cum considerant fabros, et quoslibet opifices ñ posse aliquid fabricare; nisi habuerint unde fabricent etc. 2.o Augustinum antecessit Theophilus Anthiochenus, qui lib: 2.o ad Autolycum num.o 4.o ait........ Plato, et qui eum sequunq deum quidem fatenq ingenitum, et patrem, et creatorē eiūm esse, sed deinde statuunt duo esse ingenita Deum et materiam eamq: deo coævam esse dicunt. Quod si deus

ingenitus, et materia ingenita n̄ iam deus creator est oium secundus Platonicos; nec dei constabit monarchia quantus in ipsis est. deinde quemadmodus deus quatenus ingenitus etiam immutabilis est; ita et materia si esset ingenita immutabilis quoq; et deo aequalis foret. quid autem magni esset, si deus ex materia subiecta mundus faceret: Opifex enim apud nos cum materiam ab aliquo acceperit, ex ea quidquid libuerit effingit. dei aūt potentia in eo spectatur, ut ex nihilo faciat quaecumq; voluerit, quemadmodum animam et motum dare n̄ est alterius cujusquas, praeterquam dei: 3º si licet aliquid ex Clementinis, quae tamen spuria sunt, et male sana ad rem facit qd legimus homilia 19ª numo 14º si materia aeterna est (ita contra Simonem Petrus) neq; illi est inimica quod enim semp existit etiam ppessionis expers est; expers autem ppessionis beatum est; beatum vō existens inimicitiarum capax esse nequit. 4º Lactantius, Tullius ille Xtianus institutionū adversus gentes lib: 1º cap: 9º plura profert, quae ut a nobis breviti studentib; exscribi possint. 5º Athanasius quoq; oratne de Incarnatne verbi dei scribit...... alii (interpres est Plato) ex praexistente, ingenitaq; materia fecisse deum universa arbitrant;...... at si juxta concessionē istius sentiae sine materia nihil deus creaturus fuisses, qui illi competit nomen factoris, et conditoris, cum aliunde acquirat, ut condere possit, nimirum ex materia, eritque pro illorū opinione, si talis sit deus, minime conditor rerum, sed artifex; quum in subiecta materia, cujus ipse non est auctor opus suum explicet....... verum enim vō Justinus, et Athenagoras de mundi creatione ex informi ma=

materia ita alicubi disputant, ut cum Platone sentire videant. Eos tamen vindicat pater Maranus in recentissima operum sti Justini editione praefationis parte 2a cap: 8o pagina 17a etc. ad paragrapho 3o Scripturae, Origenis, Augustini, Gregorii Nazianzeni, Hyeronimi, et Tertulliani testimonia profert Justini et Athenagorae sententiis consona; ac tandem rem ita absolvit .... in his testimoniis divina potentia non tam ab ipsa ex nihilo creatione laudatur, quam a mirabili ornatu, quem rebus creatis affinxit: quominus miremur si scriptores in repellendis Ethnicis occupati creationem materiae leviter attingunt, ac in considerando mundi ordine, et descriptione libentius morantur, quia id magis ad profligandos adversarios appositum videbatur.

Paragraphus 3us

Propositio firmata ex recentioribus.

Jam 3o colligenda sunt, quae recentiores et Materialismum convincerent excogitarunt. Permissa autem his sunt omnia, quae vel Peripateticis displacent. Inquiunt illi.

Primo materia non existit per se seu Necessariam enim rei existentiam ex necessario existendi modo dignoscimus. At quis materiae modus est necessarius, at non potius contingens, mutabilis, et dependens? cogitemus illam vel conglobatam in massam homogeneam et uniformem vel divisam in partes cum his, illisve figuris, in hoc, in illo situ, in motu, in quiete, in statu fluiditatis vel soliditatis. Nullum ex his modum jure dixeris necessarium, quia modus contrarius aeque possibilis est, quia illos omnes successive materia suscipit......

2o materia est ens mere passivum: est enim res divisibilis mobilis, figurabilis, locabilis, etc. quae qualitates sunt

pas=

passivæ, seu signant hoc unum, materiam posse ab agente variè modificari. Atqui quod passivum est, id factum est. Passivum, et activum non aliud sunt, quam effectum, et efficiens etc........ ergo proprietates materiæ sunt effectus arbitrarii causæ a materia distinctæ: tantum abest ut materia sit ens necessarium. Proprietates corporum sunt magnitudo, figura, situs, soliditas, motus, inertia. Magnitudo finita sine causa determinante concipi nequit. Figura quævis, seu circularis, seu triangularis, et res ipsa figurata sine figurante effectus est sine causa. Motus, idest corporis ex uno in aliud locum translatio est effectus vis motricis. Soliditas sine cohæsione partium non est: cohæsio autem est effectus vis alicujus materiæ partes contingentis. Vis inertiæ est effectus decreti, quo Deus voluit materiam obluctari mutationi status. Dices ne atomum quamlibet naturâ suâ finiri, et ad tales magnitudinem, figuram, motum, quietem, inertiam determinari. At natura nomen inane est ut et casus et fati etc. nisi rei alicui accommodetur. Itaq. per naturam vel intelligis materiam ipsam, vel ens a materia distinctum. Si primum falso ut liquet; sin alterum optime judicas....... ergo corpus vel habet necessario omnes magnitudines possibiles, omnes figuras, omnes situs etc.; vel nullam habet necessario magnitudinem, figuram nullam, vel habet necessario unam figuram, unam magnitudinem; vel demum habet magnitudinem, figuram contingenter et ex volunte alterius entis. Primum nempe corpus haberet necessario omnes simul magnitudines involvit contradictionem. Licet enim, et non esset necessario rotundum secundum repugnat: nequit enim

cor=

corpus sine quopiam ex iis modis existere. 3um experientia rependitur. Sunt quippe corpora ~~plura~~ quibus vicissitudinis obnoxia. Ergo hæc ois voluntate determinantur.
Ut vo omnihil de motu materiæ singillatim dicamus generatim refellendi sunt Philosophi veteres, quos inter Plutarcus, qui materiæ inesse naturaliter motum inordinatum, et vim quandam maleficam existimarunt. Afferemus ñc vero tantummodo momentum illud quod Tertullianus urget contra
„ Hermogenem cap: 1o. . . . . . aut potuit Deus emendare ma=
„ teriam, sed noluit; aut voluit quidem, verum non potuit in=
„ firmus Deus. Si potuit et noluit, malus et ipse, quia malo
„ favit, et sic jam habetur ejus assentator licet non instituerit;
„ quia tamen si voluisset illud non esset; ipse jam fecit esse
„ quod noluit non esse: quo quid turpius. Si voluit esse quod
„ ipse noluit fecisse, adversus semetipsum agit, cum et voluit
„ esse, quod voluit fecisse, et noluit fecisse quod voluit esse. . . . .
„ invenitur Deus egisse male, si per voluntatem; turpiter, si per
„ necessitatem: aut famulus erit mali Deus, aut amicus. Sed
inquies cum Plutarco Deus inordinatos motus æternæ materiæ temperavit, et ita ex malo produxit bonum; adjecitque partem suæ substantiæ, quæ quasi rectrix, et moderatrix in eadem temperatione materiam contineret.
Sed frustra ejusmodi commentum excogitatum est. Nam cur Deus aliquod malum sustulit, non totum. An quia non potuit: ergo infirmus est. Sed cur totum elevare non potuit, aliquod potuit: præterea in hac hypothesi malum morale inde oritur, quod vis malefica naturaliter insita materiæ, partem celestem superet, illamque subigat, et impotentem ferat in omne malum. Deus ergo Deus bonus substantiam suam projecit,

ut corrumperet, et ipsius iret certissime per effrenem, caecamque
materiae malitiam. Quid absurdius? .... tandem haec, et
Manichaeorum hypothesis eadem subit incommoda. Malum
vitari nequit, oritur enim ex naturali constitutione; alioquin
non absolveret Deus. Nihil a Deo metuendum nobis est, quia
nihil mali facere potest; nec punire debet ob malum ex rerum
natura profectum: quo posito nulla est religio.

Occurrunt deinceps Athei, qui vim motricem, et materiae motum
non a Deo optimo maximo repetunt. Epicurei quidem, quos
Spinosa sectatur, volunt motus originem, et causam nullam esse,
neque intra, neque extra materiam, sed illum ab aeterno succes=
sivis impulsibus semper sine initio continuatum fuisse. Strabo
et ex recentioribus Hobbius, Tollandus, Leybnitius motus ori=
ginem et causam in ipsa materiae natura, et essentia cognoscunt.
Itaque demonstrandum mentem aeternam esse principium motus;
utramque vero laudatam sententiam ab omni veri specie alienam esse.
Primo motus originem, et causam nullam esse absurde dixeris. Est
quippe effectus, et passio, quae materiae adjacet, quaeque
est, et dicitur translatio corporis. At effectus sine causa,
passio sine actione esse nequit. Habet ergo aliquam causam,
vel corpus nempe vel ens aliquod incorporeum. Pone
corpus A impellere corpus B, B impellere C: motus cor=
porum B, C erit effectus vis corporis A, et A erit primum
movens. Tolle jam A: erit effectus sine causa. Si fingas,
corpora illa moveri in orbem ABZA, fingis tamen
corpus A se ipsum movere per corpora BZ; adeoque sui
motus causam existere. Si ~~fingis~~ fingas seriem infinitam
nihilo magis proficis: nam fingis effectum infinitum sine
causa; quod repugnat. C. S. ponamus catenam ex infi

in=

ex indefinita altitudine pendentem, cujus annulli terram versus gra=
vitent quærimus quidnam rei sit, quo catena sustinetur, ac ne
decidat prohibetur. An faceret satis, qui responderet annulum
inferiorem amplecti alterum, qui proxime impendet; secundum,
aut potius primum, et 2um simul sumtos suspecti 3o ac deinceps
in infinitum? nam quid illud est, quo totum sustinetur, omnesque
annuli contra vim ponderis suspendantur? Jam si vis aliqua
ad unum annulum sustinendum requiritur, requiritur vis major
ad duos, infinita ad infinitos sustinendos. Hæc ipsum transferre
licet ad nexum causarum, et effectuum sibi succedentium. Po=
sterremus horum effectuum pendet a propiore causa, eique veluti
suspenditur. Causa isthæc secum habet ordinem, atque alteri su=
periori adnectitur, ab eaque pendet nisi prima sit. Quod si cau=
sarum, effectuumque catena sit infinita, erit effectus infinitus
sine causa effectrice, nisi quædam constituatur causa, a qua totum
pendeat.

Secundo inquiritur, an vis motrix sit essentialis materiæ seu
corpori, aut secus. Si essentialis est corpori, necessario insepa=
rabilis est. Nulla est vis, potestas nulla, qua divelli possit.
Nam nihil essentiæ alicujus rei detrahi potest quin illa pereat.
Si motus non pertinet ad essentiam materiæ, hunc illa aliunde accepit.
Non accepit a nihilo. Ergo ab aliquo ente. Ens istud nequit esse
corpus; alioquin restauraretur, non dirimeretur quæstio: ergo præter
corpus, seu materiam existit aliud ens, alia causa unde motus
in materiam profluxerit. Itaque demonstrandum est materiæ non
inesse essentialiter vim motricem, tendentiam ad motum, et nisum
elementarem. Quod ad vim motricem attinet, extat apud Newtonum
„ Mathematicorum decretum ita conceptum: corpus et moveri potest
„ et quiescere, aut a motu cessare: in utroque vero statu erit corpus

" effectum, nemq: servabit existentiam. Inde sequitur motum mi-
nime essentialem esse existentiæ corporis. Itaq: clarissimus
Newton, ejus interpres, et vindex Wisthon in prælectionibus
Phisicis defne 1ª optime definierant corporis naturam cum
illud esse dixerunt substantiam extensam, et solidam indiffe-
rentem ad motum, et quietem, in se ipsa omni vi destitutam, ac
simpliciter passivam. Quocirca materiæ non alia inest vis,
quam negativa, et improprie dicta, eaq: appellatur vis iner-
tiæ, qua corpus quodcumq: status mutationi resistit ut
diximus. Dominus Mariotte pluribus id experimentis confirmat
tractatu de percussione proposne 1ª ubi demonstrat corpus
quo magis solidum est, seu quo plus materiæ continet in
eodem spatio, eo magis resistere motui. Ex quo colligere
proclive est corpus esse non posse motuum, qui in corporibus
observantur primam causam. Quid ergo? prima motus causa
debet esse incorporea, suisq: in actionibus admirabilis, quod,
cum corpus non sit, omnia moveat corpora. Ceterum Phisici docent
quidem materiam esse indiferentem ad motum, et quietem, eo
tamen sensu, quod natura sua non magis pendeat ad motum, quam
ad quietem, nec magis renitatur transire a statu quietis ad
motum, quam a statu motus ad quietem: sed non docent
materiam esse indiferentem ad motum, et quietem eo sensu,
quod in materia nulla sit renitentia ad motum in statu
quietis, et ad quietem in statu motus. Hæc renitentia
vocari solet vis inertiæ, qua corpus status mutationi re-
sistit. Sed leges naturæ, et motus gravissimum suppeditant
argumentum. Missa facimus Epicureorum, et Carthesianorum
insomnia, qui omnia naturæ fenomena derivari posse puta-
" rant ex his duabus simplicissimis legibus: corpus quodcumq:

ser-

„ servare statum motus, et quietis nititur: quantitas motus com=
„ municatur pro quantitate mollis corporum impingentium." Ratio
haec philosophandi per hypotheses arbitrarias, quae Carthesio
in deliciis fuit jam ab omnibus naturae exploratoribus deserta, et
in scholas rejecta est ad puerorum exercitationes. Auctor
historiae naturalis, quae non ita pridem prodiit Parisiis ~~Thomas~~ tom:
2o cap: 3o inquit magni, et praecellentis ingenii est meca=
nicis principiis fenomenorum omnium explicationem reperire.
Nihil illustrius molliri potest. Clarus. Carthesius hoc se facinore
commendavit: sed quaedam ea tantum fuit delineatio, seu propositio.
An vero haec graviter est, solideque instituta? ut graviter, et solide
instituta sit, praesidia nec, atque adminicula suppetunt, quorum
beneficio executioni mandetur: nihil tamen certius, quam
quasdam esse naturae, et motus leges, quas etiam vires corporis
vocare licet, uti sunt leges aut vis cohaesionis, separationis, —
percussionis, seu collisionis, elastica, seu repulsionis, inattritionis etc.
Si particularum materiae universum constituentium, numerum incredi=
bilem, parvitatemque incogitabilem respiciamus, nequis Atheus
est ut pervicax infitiari, legibus opus fuisse ad construendum
tantae pulchritudinis mundum, easque leges nequaquam esse
fictitias. At quaenam esse potuit necessitas, quominus motus —
horrendum in modum violentus foret, et sine lege? ex quonam
illud extitit ut motus non omnia abripuerit, et convolverit? si casus,
qui sine lege agit uti cum ventus exagitat pulverem, omnium
motuum auctor foret; nemo sui compos non videt maximam
inde orituram perturbationem, et confusionem. Suprema causa
incorporea intelligens motum, ejusque leges praestituerit necesse
est. Itaque leges naturae, et motus auctorem naturae, et motus, —
a quo lata sunt, demonstrant. Verum enim vero qui mecanicam,

seu motus scientias profitentur, ii norunt facultates hanc niti vel maxime consectariis, quæ ex quibusdam naturæ legib. eruuntur, quæq: a corporib. rerum suarum ignaris perpetuo accuratissime servantur, adeo ut si q.do ab iis recedunt, incredibilia, aut saltem mirabilia edant fenomena passim obvia in libris, qui inscribuntur magia naturalis et deliciæ matemathicorum. Si quis præstantissimi alicujus scriptoris e. g. Secuvim de Vallis, De La Ire opera, quib. principia mathematica continentur, an non secum ipse decernet hom. illos sapientes esse, et doctos, tametsi in eorum libris nihil sit aliud præter papyrum et atramentum, quib. nec sensus inest, nec cognitio: et dubitamus quin materia motus, motusq: et naturæ leges sint a suprema mente profectæ. præterea ad extruendum tantæ mollis ædificium uti est universum, ad corpora tam immania, uti sunt planetæ, tanta celeritate movenda, necesse omnino est causa cui hæc tribuimus, potestatem, et virtutem esse infinitam. Ea quoque sit oportet infinite sapiens, cum dirigat motus innumerabilium corporum cujuscumque modi magnitudinis per spatia prope immensa. Si quis abneget. Eodem jure asseverare potest, et navim sine rectore mare trajicere, et horologium solarium sine gnomone horas indicare posse, et machinas alias complures esse temere et sine consilio fabrefactas. Ubi in reb. finem aliquem determinatum conspicimus fateri debemus ens sapiens, et intelligens earum formationi præfuisse quandoquidem ens intelligentia expers nequit sibi finem proponere. Denique auctor motus, et legum ejusdem infinita bonitate præditus esse debet. Motum enim dum tribuit oib. vitam tribuit animatib., et commoda plura. Sola scilicet dispositio motus est

prin-

principium eorundem, quæ in mundo cernimus, et admiramur.
At inquit Thollandus motus est essentialis materiæ, et in ejus idea includitur. Nam 1º materia ōis est natā sua divisibilis: divisio vō continet ideam motus. 2º materia sine qualitatib; sensibilib; ne concipi quidem pōt: sed oēs qualitēs sensibiles sunt effectus motus. 3º ōis materia movetr: fateamur ergo necesse est motum ad ejus essentiā ptinere. Uti oēm materiā esse necessario extensam inde conficimus; qd nullam ejus partem inextensā noverimus .... sed hæ ipsæ tam frigidæ tam leves ratiunculæ produat, quam misere phātr Thollandus. Atq: in pōnis in pleno infinito quod ipse sibi confinxit, impetus, conatus, nisus ad motum, quem essentialē materiæ putat, esse debet ejusmodi, ut quævis materiæ particula sive una oēs determinentr ad se movendum, aut ad certū aliqd latus, aut ad latera simul oiā. Conatus, aut motus ad certum aliquod latus nequit alicui materiæ parti essentialis esse, sed exterius repetendus est. Nam nihil est in alicujus materiæ partis natā, quo huc potius, quam illuc necessario et essentialiter impellatr. Quod si natalis, et necessāria foret peculiaris determinatio materia tam illam mutare posset, quam natād. Et si forte contingeret, ut a vi externa abriperetr in partem natali conatui contrariam, remitteretr sane semp, et pmā data occasione natalem sequeretr determinationem. Jam vō cum hisce natalib; inclinationib; consistere nequeunt leges motus, quæ postulant, ut corpora p se spectata sint ad quamcumque determinationem, indifferentia .... qd si conatus ille dicatr esse impetus ad motum, qui ex æquo quoquo versus fit, atque omnimodo, dicitr id, qd repugnat, aut qd saltem directe opponitr suppositioni. Nisus in oēs simul partes contrarias repugnat:

siquidē eadē particula niteretur versus Orientem et versus Occidentē, atq: adeo niteretur simul accedere, et recedere comparate ad quemcumq: locum. Praeterea conatus ille quaqua versus aeternā oīum partium quietē parere dumtaxat pt: neq: enim eodē tempore queunt quaqua versus moveri, neq: est cur huc ferantur potius, quam illuc: qd ipsi Thollandi suppositioni adversatur............sed experiamur quam valide suppositūnem muniverit. Responderi videtur posse ad 1.um qd divisibile est pt motus recipere; quod dividitur recipit. Non igitur motus, uti nec divisio, sed facultas recipiendi motum materia est essentialis ....ad 2.um Primum, qualitates sensibiles sunt effectus motus n̄ necessario: creator enim aliam occasionem sensationū construere potuisset, si voluisset. Deinde aiunt Phi.ci quibus assentitur Thollandus, qualitates sensibiles n̄ esse in rebus ipsis, sed in animis. Itaq: sublatis animis tota rerū universitas sine qualitatibus illis existit.........ad 3.um n̄ oīs materia movetur, seu in motu est, ut sensu constat. Sed ut demus materiam oēm moveri, eidē idcirco motum esse essentialem ppperam colligit Thollandus, qui cum vim centripetam corporibus oībus inesse velit, negat tamen illam versus centrum gravitationē esse materiae essentialē

Appendix

Benedicti Spinosae de unitate

substantiae systema, ejusdēq:

refutatio.

Nimium jejuna videri posset nostra de deo disputatio, si celeberrimum Spinosae nomen reticeremus, atq: hunc Atheorum principē sine animadversione dimitteremus. Sed oīa ejusdē

deliramenta quequi ōio n̄ possumus praesertim cum innumeris, ac ferè impeniis sint ambagib involuta. At e re n̄tra esse video primarium, et quo tota ejus nititr Phia, dogma paucis proponere, et Spinoziani sistematis clavem exhibere. Hoc unum ejus est principium, ad qd cetera referuntr. Una substantia n̄ pt produci ab alia. Aethices parte 1a propne 6a. Ex quo conficit unam tantum esse substantiam, hanc substantiam esse universum, universum esse Deum ipsum. Suam ille comprobat principium, ac subiicit demonstratio. In rerum nāra n̄ possunt dari duae substantiae eiusdem attributi. Idest, ut declarat auctor, duae substantiae, quae aliquid inter se commune habeant.......ergo una alterius causa esse nequit, sive una ab alia produci nequit. Si una posset esse alterius causa, ꝑ se invicem intelligi possent. Sed duae substantiae, quae nihil habent commune, n̄ possunt per se invicem intelligi. Ergo una n̄ pt esse causa alterius. Haec ita est jactata Spinozae demonstratio, quae ne capriosi quidem sofismatis praefert acumen. Quid enim n̄ illico offenditr, ubi audiat n̄ posse unam substantiam ꝑ aliam concipi, nisi utraq: sit iisdem attributis praedita: tametsi naturis differant, an n̄ concipi possunt, si minus ꝑ attributa (cum n̄ habeant attributa communia) at ꝑ relationem causae, et effectus, quae eas inter versatr: fatemur cognitionem effectus parere n̄ posse ꝑfectam causae cognitionem: siquidem effectus dei causae ꝑfectiones n̄ continet, et pt causae absimilis esse: sed certo constat ab idea effectus tanquam ab occasione nessario oriri ideam causae, duasq: has ideas essentialiter relativas esse, cum nec sine causa effectum, nec sine effectu causa esse possit. Enim vō effectus cognitus invitre de=

demonstrat existentiã causæ, et causa cognita, effectum menti exhibet aut existentem, aut possibilem, quo sine ea tanquã causa minime conciperet. Itaq: substantia pt aliam, cui ñ idem attributũ, produceret: duæ ergo, aut plures substantiæ possunt simul existere cum relatione causæ, et effectus. Ergo falsum est unam tantum esse substantiam, Deumque, et universum esse idem ens. Illustriss pater Tourneminius id arguti fuse, et diligenter expendit, sed explorare præstat quam absurdis consectariis scateat Spinosianum commentum.

Primo. Si nãra est ens infinite pfectum, sequitr oẽs nãræ partes esse divinitis portiones: hanc esse unam, et multiplicẽ: cogitantẽ simul et incogitantẽ; volentẽ, et ñ volentẽ; liberã, et determinatã: agentẽ et passivã: subiectum denique modificationũ, quæ ñ tam diversa sint, quam contraria. Cujasnammodi est ista divinitas quæ oẽs in se ipsa colligit pfectiones, et defectus, virtutes, et vitia, cognitionẽ, et inscitiã, infinitem et limitationẽ, potestem, et servitutem, oẽs absurditẽs, et formalissimas repugnantias? ñ eo usq: ratni dissoni fuit usquam Ethnicismus. Si Deos cum diis ipsis aut cum Titanib̃ pugnantes induceret, hos saltem ut diversa sibi confixerat entia. At hic ens est namo idem, quod cum pfectissimum sit sua in substantia componit oppositiones, contrarietates, et discordias plus quam discordes. Conferantr pater Lamy in refutatione Spinosismi; Baylius in dictionario articulo Spinosa, Jaqueloth de existentia Dei.

Secundo. Hoc totum, idest universum hoc rerum oĩum aggregatum unum ne est unitẽ simplici, et reali? si unum simpliciter

est

est, tum profecto quaevis pars erit totum, eaq: uti totum
obtinebit infinitem, indivisibilitem, immobilitem, immu-
tabilitem reales; quodq: manifesto adversat. experito,
nulla pars erit deficiens, circumscripta, mutabilis, obno-
xia modificationib. successivis. Accedit qd partes non
erunt partes; qd una pars erit altera identice, et posi-
tive; qd ens incorporeum entis corporei oẽs gestabit
proprietates; qd unusquisq: Spus erit oium Spuum mo-
dificationib. insignis, et unumquodq: corpus erit oium
corporu modalitatib. ornatu; qd quaevis pars singil-
latim erit oĩs pars, et unaquaeq: partium. Videatur
Phenelonius tractu de attributis divinis. Quod si velis
universum n̄ esse unum unitẽ perfecta, sequit illud
nec infinitum esse, nec proinde Deum. Per quid enim
poterit esse infinite perfectum: an per collectionem entium,
ex quib coalescit? sed unumquodq: horum entium est
finitum: ergo oia simul nihil sunt aliud, quam complexio
finitorum. At finita addita finitis n̄ faciunt nisi totum
finitum. Totum võ finitum nequit esse infinitum, cujus
idea excludit nihilum, et finitionem. Itaque universum,
qd perfecta unum n̄ est unitẽ, n̄ est oio infinitum, nec nisi
per summam dementiam existimari pt Deus unus et supre-
mus........ ac sane totam natura nequaquam est fantasma,
aut idea abstracta. Illud est partium collectio, ipsarumq:
partium colligatarum, atq: unitarum numerus: sed extra hanc
collectionem, extra hunc numerum n̄ existit. Qui võ numerum
dicit, dicit congeriem unitatum realiter distinctarum atque
invicem independentium penes existentiam suam. Et igitur
unaquaeq: divelli a toto: nam cum nulla sit ipsarum

in-

infinitus nulla existit per se, et necessario. Ponamus itaque unius partis a toto separationem, totum imminuitur; si imminutus non est infinitus; quod si infinitus non est post divisionem, nec ante fuit. Nam totum compositum non fit infinitum eo quod illi particulas adjicias, quam detraxisti. Ergo compositus remanet finitus post reunitionem. Ergo ante separationem erat reapse finitus. Ergo universum partibus finitis, et divisibilibus compactus non potest esse infinitum reale. nec per consequens Deus qui est ens perfecta sua in unitate infinitus.

Cap: 7.

De invisibilitate et visibilitate Dei.

Primo visionis nomen ut ex Augustino monet Angius signat proprio actum sensus visus; sed propter dignitatem et certitudinem hujus sensus, extensum est hoc nomen ad omnem cognitionem aliorum sensuum, et ulterius etiam extenditur ad cognitionem intellectus.

Secundo Paulus in priore ad Tim: epistola cap: 6. v: 16. Deum " dicit inhabitare lucem inaccessibilem, eumque nec ab homine " visum esse, nec videri posse. At Math: 5. v: 6. Christus ipse inquit: beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt." Haec articulatim declarare muneris nostri est.

Paragraphus primus.

De Dei invisibilitate.

Propositio 1.

Deus est invisibilis oculo corporeo.

Id sibi vult Paulus 1. ad Cor: 2. his verbis: oculus hominis non " vidit .... quae praeparavit Deus diligentibus se, idest

be

„beatam sui ipsius notitiam."
Variis hanc sententiam firmat momentis sanctus Augustinus epistola
„ 112ª. Ac primo omne, ait, quod oculis corporis conspici potest, in loco
„ aliquo sit necesse est, nec ubiq: sit totum, sed minore sui parte
„ minorem locum occupet, et majore majorem. Haud ergo
oculis corporis conspici potest Deus, qui loco aliquo circum=
„ scriptus non est, sed ubiq:, et totus ubiq: est. Secundo. Si quia
„ Paulus dicit 1ª Cor: 13ª nos visuros Deum facie ad faciem:
„ corporalem faciem voluerimus accipere: consequens erit ut
„ etiam Deus talem habeat faciem, et sit aliquod interval=
„ lum inter nostram, et ipsius: et si intervallum ubiq: finis,
„ et membrorum habitus terminatus. Intervallum porro aliquod
esse debet inter oculum, ejusq: objectum. Nam ut ait
Aristoteles, sensibile positum supra sensum, non facit
sensationem. Quamobrem quæ sunt in oculo ab ipso oculo
non videntur, directo saltem, nec lumen, aut species ipsi im=
pressa, sed tantum hujus beneficio ea quæ distant. Et
patet omnium experitio, quemadmodum inter visum, et visi=
bile debeat intercedere aliquod medium. Statuunt Optices
periti nullam rem videri, nisi ex certa distantia: rem semper
apparere minorem, quo longius distat, quia semper videtur
sub minori, et minori angulo: rem prope ad oculos ad=
motam distincte non videri, quia vertex coni refracti pro=
jicitur ultra retinam; quo in casu plures radii ejusdem
puncti visibilis in diversas retinæ partes incidunt; unde
necesse est oriri visionem confusam, remq: apparere majorem
ob majorem picturam in ipsa retina. Ajunt deniq: tunc
fieri justam objecti distantiam, quando apex coni refracti
ex illa distantia incidit in unicam orbicularem, seu

cupilla

retinam. Itaq: visio explicari nequit, nisi habita ratione distantiæ: nequit vô inter Deum, et oculus distantia concipi, nisi Deum terminemus, qd absurdissimũ est.
Sed quod nativæ oculi facultati n̄ concedit, id oculi ejusdẽ corporis facultati divinitus adjutæ, aut inditæ tribuunt n̄nulli: eorumq: opiniones extumulant, quos olim carpebat Augustinus lau-
„ data epla 92ª ad Italicam. Sed argutæ sibi videntur dicere
„ et quasi interrogando premere: potuit Xtus carni suæ
„ præstare ut oculis corporeis videret patrem, an n̄ potuit?
„ ut si n̄ potuisse responderimus, Omnipotentiæ dei nos
„ derogasse proclament. Si autem potuisse concesserimus,
„ argumentationes suam ex n̄ra responsione concludant.
„ Sed ita reponit Augustinus. Tolerabilius desipiunt, qui
„ carnes asserunt conversũ iri in substantiã Dei: et hoc
„ futurã esse, qd Deus est, ut sic eam saltem videndo Deo
„ faciant idoneam, nunc tanta diversitate dissimiles. Quam
„ vanitatẽ credo istos abjicere a fide sua, fortasse et ab illis.
„ Et tamen si interrogatione de hoc similiter urgeantur,
„ possitne Deus hoc, an n̄ efficere possit, utrum eius potesti
„ detrahitur, si n̄ posse responderint, an hoc futurũ fate-
„ buntur, si posse concesserint? quomodo ergo caverent de
„ hoc laqueo alieno, sic exeant de suo. Deinde cur solis oculis
„ corporeis Xti hoc donum attribuũ esse contendunt, n̄ etiã
„ cæteris sensibus? sonus ergo erit Deus, ut possit etiã sensibus
„ percipi? et alitus erit, ut sentiri possit olfactu? et liquor
„ aliquis erit, ut possit et bibi? et moles erit, ut possit et
„ tangi? n̄ inquiunt. Quid ergo? an istud pt Deus, et hoc
„ n̄ pt? si n̄ posse dixerint, cur derogant Omnipotentiæ
„ Dei? si posse, et nolle responderint, cur solis oculis favent,

in-

" invident autem cæteris sensibus corporis Xri: at quousq: volant " desipiunt.

Obiicies 1º Non semel Deus prophetis apparuit. Ergo oculis corporis cerni pōt.

Respondetur. Deus olim apparuit haud equidem in propria nāra, sed in externa specie. Tribus modis exponi pōt visio, de quâ scriptores sacri. Pmō Deus visus est in psona legati, ac ministri, idest Angeli, qui corpus assumserat. Ita interprete Osea cap: 12º Jacob vidit Deum, idest Angelum, cum quo luctatus est. Ita Moyses cum Deo locutus dicitur, idest interprete sctō Stephano Act: 7º cum Angelo Dei vices gerente. Quocirca cum Judicum 13º uxor Manue Angelum vidisset, vir eius inquit: morte moriemur, quia vidimus Deum. Adeo nimirum res erat trita, et pervulgata, ut Angelos, qui Dei noē loquebantur Deus diceretur. Secundo. Deus in veteri testamento Patriarchis apparuit in ea specie, quam voluntas elegit, ñ quam nāra formavit: quia cui voluerit, sicut voluerit, apparet in ea specie, quam voluntas egerit, etiam latente nāra: ait Augustinus epla 147ª ex Ambrosio. 3º Visus est Deus vel in raptu, vel et in extasi, vel in somniis per quasdam species sensibiles Deum, v.g. sedentem repræsentantes, ut Augustinus tradit ibidem et Gregorius magnus lib. 16º moralium. Hoc sensu Isaias vidit Dnūm sedentem super solium: nisi velimus, qd absurdum foret, Deum instar corporis extensum esse et sedere. Nullibi vero scriptūra oculis corporis Dei visionem adscribit. Jobus 19º in carne mea, inquit, ñ per carnem meam videbo Deum Salvatorem meum; vel Salvatorem intelligit in assumta nāra conspicuum. Et capite 42º de dīna in rebus creatis administrandis sapientia ait: auditu auris audivi te,

nunc autem oculus meus videt te, idest, multa jam audiveram, nunc experientiâ didici; sed id Augustinus de oculo mentis interpretatur....... Lucam dicentem, videbit omnis caro salutare dei, Augustinus merito explicat de verbo Incarnato, ut et Paulum metaphoricis verbis ait usum esse primâ Cor: 13: videbimus facie ad faciem; alioquin faciem humanam similis Deo tribueremus. Facies manifestatio ejus est intelligenda, non tale membrum, quale nos habemus in corpore, atque isto nomine nuncupamus. Verba sunt Augustini lib: 22º de Civitate Dei cap: 29:

Obiicies. Augustinus lib: 22º de Civit: dei cap: 29: scribit: vis itaque praepollentior erit oculorum illorum (scilicet corporis glorificati) non ut acutius videant quomodo quidem perhibentur videre serpentes, vel aquilae, sed ut videant et incorporalia. Sentit ergo Augustinus incorpoream naturam cernendam esse oculis carneis.

Respondet pater Berti: distinguo consequens. Id censet Augustinus absolute et si oculi corporales permaneant. Nego. Id sentit hypothetice, et si in resurrectione corpus evadat spirituale: subdistinguo, et hanc hypothesim, quam aliqui, vivente Augustino, admittebant, et ad quaestionem istam nullatenus attinet, sanctus pater explicat dumtaxat, et in suspenso relinquit concedo, et hanc hypothesim asseveranter, definite, et ex propria mente ipse comprobat nego. Sed non tantum peccat pater Berti in hac responsione, quam tamen tanquam corrollarium subjicit quatuor propositis late diductis. In primis haud sane concesserim Augustinum ibi ubi corpus spiritale nominat, de corpore loqui in spiritum verso. Nam corpus in

in Spum verti n̄ posse invicte demonstrat libri de videndo Deo, seu epla 147ª numo 51° his verbis: eo modo (si corpus
p gloriā resurrectionis amittat hoc ipsum, qd corpus est
„ et Spūs fiat) eo modo aut conduplicabitr substantia Spūs
„ si et corpus Spūs erit; aut si unus erit Spūs hōis ita ut
„ commutato, et converso in Spūm corpore, neq: geminatne
„ neq: incremento conduplicetr, nec oīo altius accessu quan-
„ titatis augeatr: metuendū est ne nihil aliud dici videatr
„ quam corpora n̄ illa immutatne immortalia mansura;
„ sed nulla potius futura, et oīo peritura. Lectores aut vehe-
menter erramus, aut nulla est in operibs Scti Augustini,
praesertim vero loco laudato de Civit: Dei, lacinia, quae
illam de corpore in Spūm commutato hypothesim, ita
Augustinum suscepisse, ut illi serviret, ostendat. Qui igitr
fieri potuit, ut Augustinus saepe corpus spiritualē indu-
ceret, eiq: proinde ac tale esset, singulares dotes post resur-
rectionē adscriberet: res ita se habet: corpus potest spirituale
dici quasi in Spūm conversum, qd tamen nusquam Augustino
placuit et quatenus Spūi subiectum, ut docet Augustinus
ipse lib: 13° de Civit: Dei cap: 20° ubi postquam dixit Xrianos
carnē diligere spiritualē futuram, statim addit: sicut Spūs
carni serviens n̄ incongrue carnalis, ita caro Spūi serviens
recte appellabitr spiritualis, n̄ quia in Spūm convertetur,
sicut nonnulli putant ex eo qd scriptum est, seminatr corpus
animale resurget corpus spiritualē: sed quia Spūi summa,
et mirabili obtemperandi facilitē subdetr, oī molestia
sensu, oī corruptibilitē, et tarditē detracta. Non solum
enim n̄ erit tale, quale nunc est in quavis optima
valetudine; sed nec tale quidem, quale fuit in primis hoibs

ante peccatum. Itaq: cum corpus n̄ una ratione spirituale
dicatur, altera per errorem, inde ac in spiritum commutetur; al=
tera verò, atq: ex sententia Apostoli prout spiritui obtemperat;
quonam sensu spirituale dicitur eo in loco qui ab adversa=
riis obtruditur? Augustinus quidem ita exorditur caput illud:
" nunc jam quid demum sint in corporibus immortalibus, atque
" spiritualibus sciri est. Atqui corpora in spiritum conversa, n̄
immortalia esse, sed nulla arguit epistola 147. Ergo
vel hoc unum satis indicat Augustinum loqui de corpore
n̄ pravo, sed recto sensu spirituali. Alia etiam hic conge=
rit pater Berti, quæ refellere n̄ vacat. Expendendum
est an reapse Augustinus corpori hoc sensu spirituali; atq:
hujus corporis oculis incorporearum rerum conspectum
concesserit. Allegata in argumento verba sibi objicit sanctus
Thomas 1a p. q. 12a art. 3o; ac respondet....... Augustinus
in verbis illis loquitur inquirendo, et sub conditione. Quod
" patet ex hoc, quod præmittitur: longe itaq: potentiæ alterius
" erunt, scilicet oculi glorificati, si per eos videbitur incorpo=
" rea illa natura. Sed postmodum hoc determinat dicens: valde
" credibile est, sic nos visuros mundana tunc corpora cæli
" novi, et terræ novæ, ut deum ubiq: præsentem, et universa
" etiam corporalia gubernantem clarissima perspicuitate
" videamus, n̄ sicut nunc invisibilia Dei per ea quæ facta
" sunt intellecta conspiciuntur, sed sicut homines, inter quos
" viventes, motusq: vitales exercentes vivimus, mox ut
" aspicimus n̄ credimus vivere, sed videmus.
Ex quo patet quod hoc modo intelligit oculos glorificatos
deum visuros, sicut nunc oculi nostri vident alicujus
vitam. Vita autem n̄ videtur oculo corporali, sicut per
" se

se visibile, sed sicut sensibile per accidens, quod quidem a sensu
non cognoscitur, sed statim cum sensu ab aliqua alia virtute
cognoscitiva. Quod autem statim visis illis corporibus,
divina praesentia ex eis cognoscatur per intellectum, ex duobus
contingit, scilicet ex perspicacitate intellectus, et ex reful-
gentia divinae claritatis in corporibus innovatis .... eadem
habet in 4.um distinctio 49.a q: 2.a art: 2.o ubi decernit intel-
lectum Beatorum non videre Deum ex creaturis, uti nunc videt,
sed in creaturis corporaliter visis.

Opponit. Sanctus Gregorius, aliiq: patres volunt mentem ita fieri
posse carnalem, ut sola contempletur corporalia. Ergo ex
adverso oculus etc.

Respondetur mens attingit quidem objecta corporea: nam mentis
objectum est verum omne, eaq: cum nulli organo addicta sit,
est facultas universalis. At oculus non potest attingere objecta
spiritalia, quia est facultas organo corporeo addicta exci-
piendis spiritalibus rerum spiritalium ideis minime idonea.

Obtrudi praeterea solent multa minutula molesta, quae cum
3.a et 4.a Aegypti plaga conferri possint. Haec fere sunt. Primo
potest intellectus finitus Deum attingere infinitum. Secundo cor-
pus animam sentit inexistentem et agentem. Tertio corpus
Beati animae gloriam participat. Quarto visibile reddi
potest invisibile, quodq: ob distantiam invisibile est, potest
reddi visibile. Quinto Deus ex nihilo creaturas educit, et per
aquam baptismi largitur gratiam. Sexto Deo nihil est im-
possibile. Ergo oculum corporeum potest Deus ad sui visionem
traducere.

Respondetur ad 1.um Objectum intellectus nostri est verum quodcumque.
At oculi objectum est sensibilis magnitudo. Ad 2.um corpus

a=

animas non immediate in se ipsa sentit, sed in effectis, seu in impressionibus, quas eadem efficit in corpore. Ad 3.um corpus beati participat gloriam animæ penes effectus secundarios, agilitatem, celeritatem incorruptionem, non penes primarios, scilicet visionem intuitivam etc. Ad 4.um visibile vel invisibile est cui adjacent vel desunt conditiones quas recensuimus. Ad 5.um nihil non influit in creationem. Oculus in visionem influat necesse est. Aqua baptismi in gratiæ productione non movet se, sed movetur, non agit, sed agitur. Est enim instrumentum inanime. At oculus vel non videt, vel sua videt virtute. Nam visio est actio vitalis, quæ ab intrinseco principio oriri debet. Ad 6.um Deo nihil quod contradictionem non implicet est impossibile. At ab oculo corporeo divinam conspici essentiam tam implicat contradictionem, quam oculum corporeum non esse oculum corporeum, visionem spiritalem non esse visionem spiritalem.

Addenda inter firmata propriis
ante illud sed quod native etc.

Cyrillus Jerlitanus catechesi 9.a inquit: "carnis quidem oculis "Deum cernere impossibile est. Quod enim incorporeum est "sub carnis oculos cadere non potest." Hoc ipsum luculenter exponit sanctus Thomas in 4.o distinct: 49.a q: 2.a art: 2.o et 1.a p: q: 12.a art: 3. Matemathici quidem sciscunt objectum visibile esse colorem luce perfusum: 2.o esse opacum; quia visus in eo, quod cernitur terminari debet, at pure diaphanum pervium est visui, ipsumque non sistit: 3.o habere magnitudinem aliquam sensibilem; quia corporis materialibus non est alia vis indita, quam ut agant modo corporeo, et juxta quandam materiæ, seu subjecti extensionem. Sic enim, ut observat

A=

Aquillonius in majori parte corporis major virtus, in minori minor tantum reperitur in athoma indivisibilis, ac nulla. Hinc etiam refert quod ajunt vulgo visionem non fieri, nisi per pyramidem cujus basis constituatur in objecto, vertex autem in oculo. Hæc quomodo convenire possunt in rem quantitatis expertem, atque incorpoream?

Propositio 2.

Deus invisibilis est
creatæ menti nativa tantum,
propriaque virtute prædita.

Duplex, ut jam adnotavimus est dei visio, seu cognitio: intuitiva nimirum, qua deus in se ipso conspicitur, non vero in intermedio distincto: abstractiva, qua per creaturas tanquam per medium comparatur, quæque ab Apostolo Philosophis etiam conceditur invisibilia dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Hæc obscura est, et confusa: illa est clara, et distincta. De intuitiva quæstio est, quæ facile dirimitur scripturæ oraculis, et ratione. Isaias enim cap. 64. v. 4. inquit: oculus (mentis) non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te: tamen et Apostolus 1. Cor. 2. laudat, et exponit in hunc modum...
......loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ absconditæ est, quam Deus destinavit ante sæcula in gloriam suam; quam nemo principum hujus sæculi novit...... sicut est
" scriptum: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in
" cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis, qui diligunt
" illum. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.......
" quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui
" in ipso est? ita et quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus
Dei." Hic ergo Paulus non de beata visione, sed de Incarnationis my=

mysterio disserit, et grave tamen argumentum praebet, argumentum a minori ad majus. Nam si nemo Incarnationis mysterium novit, nisi cui Spiritus Dei revelaverit: multo minus Deum poterit intueri, ut in se est, nisi divinum lumen affulserit .... nec deest ratio. Nam vis, et perfectio nativa intelligendi major nequit esse, quam perfectio naturae seu essentiae ejus rei, quae intelligit; cum operationes excedere nequeant rei, a qua manant, naturam. Atqui inter naturam mentis humanae, ac Deum, ut est in se, nulla est proportio. Ergo intelligendi vis, et perfectio humanae menti insita nequit omnino assequi Deum ut est in se.

Observatio. Cogitationes nostrae aliquando Deum spectare dicuntur ut est in se, idest sine ullo ordine ad extrinseca connotata, et absolute, non autem in se, idest in divina essentia. Nam per ideam extraneam, sive adventitiam sive factitiam, sive innatam cogitamus de Deo, non cogitamus de creaturis: sed sic instituta cognitio obscura est, atque imperfecta; quia licet sit cognitio Dei in se, non est tamen cognitio Dei immediata, et in propria ipsius idea.

Obiicies 1.° Deus est ipsa veritas: ergo est obiectum intellectus nostri.

Respondetur Deus in se est obiectum intellectus nostri, sed longe supra nativam ejus virtutem positum: quo fit, ut mens superna quadam virtute instruenda, ac firmanda sit ut Deum in se perspiciat. Haec autem virtus sive creata sit, sive increata, sive sit ipse Deus, sive mens ipsa modificata, sive tandem entitas a Deo, et intellectu nostro distincta, ea est certissime virtus reapse intellectum, quem prius non afficiebat afficiens, non secus ac nativa prior virtus: et

talis est, et tam necessario requiritur, ut intellectus ea destitutus Deum intueri non possit......... Ludicra est ergo patris Berti ratio, qui post Schotum ideo Deum in se ab intellectu sola naturâ virtute conspici haud posse putat, quia Deus libere se menti nostrae conspiciendum praebet. Eam enim intellectus modificationem utique ex Dei voluntate repetimus. At si Deus nova ratione non ageret in intellectum, aut non excitaret nisi nativas ejus virtutes, virtutemque longe praestantiorem intellectum modificantem non infunderet profecto non videretur in se. Ergo non ideo tantum Deus non videtur in se, quia libere se conspiciendum praebet: sed quia dum se Deus conspiciendum non praebet, intellectus ea virtute non pollet, qua Deum videat in se ipso. Cum vero Deus cum se conspiciendum praebet non nova excellendi virtute modificat: alioquin roganti cur aqua non comburat, cur ignis non madefaciat, faceret satis pater Berti respondendo, quia Deus non vult etc.

Objicies 2º Deus est lux vera, quae illuminat hominem omnem. Ergo Deum omnis homo intuetur.

Respondetur. Missa facimus, quae Thomasinus, Malebranchius, ex iisque pater Berti, aliique comminiscuntur. Augustini sententia nobis vel maxime arridet. Deus (ut auctor est sanctus doctor) est lux vera quae nos illuminat per sui ipsius effusionem idest per productionem naturae luminis: qua sane ratione explicari potest qui fiat, ut anima nostra tametsi corpori addicta Deum in se ipso videat, quod non nunquam innuit Augustinus; scilicet mens omnia percipit in Deo, idest in rationibus aeternis, seu ideis divinis, in quibus prima veritas omnium veritatum exemplar et mensura consistit. Nec idcirco mens omnia in his rationibus percipit tanquam in objecto

co=

cognito, sed tanquam in principio cognitionis, quatenus anima corpore pressa a lumine increato, quo veritates æternæ continentur, participat lumen intelligentiæ, quo cognoscit oïa, et de quo dictum est: signatum est super nos lumen vultus tui Dñe. Sed præter ejusmodi lumen quandiu hic degimus requiruntur corporeæ imagines, et phantasmata, ut ad Dei notiam perveniamus. A creaturis quippe initium sumit Dei cognitio, quæ propria est nostri status: cumq: creaturæ oës boni plenitudinem nobis ñ representent, sed hic bonitem, illic justitiam cernamus, modo hanc, modo illam ex creaturis consicimus, Deumq: in creaturis ñnisi partiliter contemplamur. Augustinus ipse lib: 8° de Trinitē cap: 2° inquit: " ecce vide si potes, o anima prægravata corpore........" " Deus veritas est. Noli quærere quid sit veritas: statim " enim se opponent caligines imaginum corporalium, et nubila " phantasmatum: et ibid: cap: 3° definit primam hanc esse Dei cognitionem, scire quid ñ sit, detrahendo rebz sensibilibus corpus, mutabilitem etc.

Obiicies 3° Deus est nobis intime præsens: ergo videri præsens.

Respondetur. Deus est præsens ñ ut objectum menti nostræ clare propositum, sed ut numen conservans, replens oïa etc.

Obiicies 4° Hō natura viribz suum assequi pt finem: at ejus finis est Deus clare in se ipso visus: ergo etc.

Respondet Contensonius hoem ñ posse nativa virtute ad finem pervenire. Neq; adeo hō est deterioris conditionis, quam bellua. quæ nata suæ conatibz finem sibi suum comparare queunt. Nobilioris conditionis est natura (ait Sctūs Thomas 1ª 2ª q: 5ª art: 5: ad 2um) quæ pt consequi

per=

perfectum bonum licet indigeat exteriore auxilio ad hoc consequendum, quam nãra, quæ n̄ pt consequi pfectum bonum, sed consequitur quoddam imperfectum, licet ad consecutionem ejus n̄ indigeat exteriore auxilio: sicut est melius dispositus ad sanitatem, qui beneficio artis medicæ eam pfecte assequi pt, quam qui absq; medicorum ope eam imperfecte sibi comparat. Futilis porro est exceptio si dicas si res ita sit, natam hoiem in nessariis deficere........ sicut enim (subjicit sctũs Thomas) narã n̄ deficit hoĩ in nessariis, quamvis n̄ dederit arma, et tegumenta sicut aliis animalibus; quia dedit ei rationem, et manus, quibus posset hæc sibi acquirere: ita nec deficit hoĩ in nessariis quamvis n̄ dederit ipsi aliquod principium, quo posset beatitudinem consequi (hoc enim erat impossibile) sed dedit ei liberum arbitrium, quo possit converti ad Deum, qui eum faciat beatum. Nam quæ p amicos possumus, p nos aliqualiter possumus.

Paragraphus 3.us

De visibilitate Dei

Armeni sæculo 4.º Arnaldus et Almaricus sæculo 13.º Gregorius Palamas sæculo 14.º dĩnæ essentiæ claritem neutiquam vero dinãm essentiam a Beatis conspici rati sunt. Asserebat autem Palamas cum suis sectos videre equidem dinãm gloriam, ac splendorem increatum, sed corporis oculis conspectabilem a dinitte tanquam a sole emissum (cujusmodi lumine circumfusus fuit Xtũs in monte, ubi transfiguratus est) — substantiam autem Dei neminem usquam vidisse, aut videre posse.

Propositio

Intellectus creatus supno lumine pfusus Deum clare et in

in se est intellectus.

Videmus nunc (ait Paulus 1.a Cor: 13.o v: 12.o) per speculum in
" ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco
" ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum:
" idest ut divus Thomas declarat, sicut Deus cognoscit es-
" sentiam meam, ita deum cognoscam per essentiam ita
" tamen quod rò sicut non importat æqualitatem cognitionis, sed
" similitudinem tantum. Nec vitiligandum an ea verba facie
ad faciem visionem significent intuitivam, quod dum
Exodi 33.o v: 11.o dicitur Dominus loqui ad Moysem facie ad fa-
ciem, inferri nequeat Moysi intuitivam visionem fuisse
" concessam, cum subjiciat ibid: Deus: non poteris videre
" faciem meam: non enim videbit me homo, et vivet. In primis
an Moyses divinam essentiam viderit sub judice lis est.
Deinde rò facie ad faciem v: 11.o non ad visionem referri,
sed ad colloquium et familiaritatem colloquii indicat:
loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem. Sed v: 20.o
refertur ad visionem: non poteris videre faciem meam.
Porro visio, quæ est facie ad faciem, viventibus denegatur:
non videbit me homo, et vivet: ergo est visio divinæ essentiæ,
seu intuitiva: nam abstractiva viventibus conceditur.......
Cæterum nos non tam respicimus ad ea verba facie ad
faciem, quam ad totum Apostoli oraculi contextum. Inquit
enim Paulus: videmus nunc per speculum, non directe, ut
divina in se sunt, sed per radios quasi reflexos ut re-
lucent in, et ex creaturis, ideoque obscurius; vel per
inspectorium quasi dicat e longinquo, et obscure ut
ea, quæ per fistulam diopticam videmus. In speculo
imago quædam est rei, non res ipsa. Et in ænigmate

nam

Nam obscure cognoscimus: ænigma enim est sermo obscurus, atq: intellectu difficilis. Duplex ergo est hic translatio: una sumta ab iis, quæ oculis, altera ab iis, quæ mente usurpantur. Utraq: declarat Dinâ nunc nos non cognoscere in se ipsis, et clare. Atqui huius status cognitioni opponit Aplus cognitionem, quæ patriæ propria est. Hæc igitur est clara, et intuitiva.

Probabilis etiam afferri pt ratio. Felicitas hois posita est in præstantissima intellectus operatione circa objectum præstantissimum, qd quidem Deus est. Ergo si hô Deum videre n posset in se ipso, vel felicitatem nunquam sequeretur, vel ejus felicitas n in Deo consisteret. Deinde inditum hoi nâra est desiderium videndi causam viso effectu. Igitur ex cognitione abstractiva oritur, atq: excitatur desiderium videndi Deum in se. Hoc autem inane esse, et frustra nisi quis dixerit nisi naturæ, sibiq: inimicus.

Objicies ex sacris litteris. 1° Paulus 1° ad Tim: 6° Deum appellat invisibilem. 2° Xtus apud Math: cap: 11°, et apud Joh: cap: 1° sibi soli notum esse ait Deum patrem. 3° Petrus epla 1° cap: 1° Angelis in Deum prospiciendi desiderium tribuit.

Respondet ad 1m scus Thomas a Paulo dici invisibilem, quem nullus hoim vidit, aut videre potest sive oculo corporeo, sive visione comprehensiva, sive visione intuitiva per nâræ vires, sive demum in hac mortali vita ...... ad 2m Xtus his in locis Judæos redarguit, qui patrem terrestrem

" sibi notum eidem affingebant. Nonne hic est Jesus filius Jo=
" seph, cujus nos novimus patrem, et matrem: quomodo ergo
" dicit hic: quia de cælo descendi." Itaq: se cælestem habere

pa=

patrem ait Xtus, quem nullus hominum usque dum conspexisset. Porro Xtus omnium princeps cælum conscendit, cæterisq; aditum patefecit, ut ad patris sui conspectum pervenirent...... ad 3.um Aut Petrus non de eo loquitur desiderio, in quo inest anxietas, sed de desiderio, quod in ipsa satietate accenditur adeo, ut Angeli, in quem prospiciunt, perpetuo prospicere cupiant: aut id ad mysteria, quæ recensuerat refert, legendumq; est in quæ, ut habent post græcum textum Syriaca, aliæque versiones: ac sensus est: quamvis non ignorent Angeli hæc misteria salutis et redemtionis humanæ ut quæ per ipsos prophetis revelata fuerint, illa tamen plenius, et perfectius nosse cupiunt: tum quia admirabilem illic agnoscunt Dei sapientiam, tum quia de hominum salute plurimum gaudent. Quid si ita garrias: cum Jerem: 32.o Deus dicatur incomprensibilis, recte confitemur Deum a nemine prorsus comprehendi posse: ergo cum sæpe dicatur invisibilis, cur eum visibilem facimus: at qui id dicit nihil dicit. Nam scriptura Deum exhibet incomprensibilem nullibi comprensibilem: contra alicubi invisibilem exhibet alicubi visibilem. V. S. Augustinus epistola 147.a et 146.a ubi apparentes scripturæ antilogias componit, ac tradit qua ratione modo invisibilis, modo visibilis dicatur Deus.

Obiicies ex patribus. 1.o Chrisostomus asserit Angelos non videre Deum, nihil narrare posse de eius substantia; eorum non secus ac prophetarum cognitiones esse revelationes; tam eorum intellectu quam oculo corporis Deum conspici; visum ab Angelis Deum esse tantum post assumtam humanitatem. 2.o Theodoretus in dialogo, qui inscribitur immutabilis, Angelis abiudicat divinæ naturæ contuitum: 3.o Hieronimus in caput 1.o

Isaiæ inquit: faciem Dni juxta națã suæ proprietes nulla videt creatura. 4º Ambrosius in commentariis ad Lucam
" scribit: quid de hõib; loquimur, cum etiam de ipsis cale=
" stibus" virtutib; et potestatib; legerimus: quia Deum nemo
" vidit unquam.

Respondet; ad 1.m Exorta Laërtii, et Heunomii nefaria hæresi clamabant patres deum esse invisibilem, idest ejus naturam comprehendi ñ posse, neq; evidentib; rationibus explicari. Nam quæ Heunomianis, seu Anomæis sentia insederit, Chrisostomus declarat homi ex quinque, quas pro incom=prehensibili dei națã adversus Anomæos edidit, secunda;
" Ausus est hõ (Heunomius) dicere deum novi ut ipse
" Deus se ipsum novit. Idem testantur Theodoretus, atque Socrates. Ergo ubi Chrisostomus asserit deum ab Angelis ñ videri, vult solummodo ñ videri comprehensive. Hic enim est ejusdem scopus hoc institutum. Ita nimirum in=telligi debet ut idem ipse intelligi vult, Evangelistas et Prophetas cum deum invisibilem prædicant. Ait hom:
" inter laudatas quarta hæc habet: dum audis, deum nemo
" vidit unquam, id intellige, nullum" esse, qui deum substan=
" tialiter õio cognoscat....... cum propheta dicit illas vir=
" tutes, deum, quamvis ~~sibi~~ se se attemperantem, ferre non
" potuisse, nihil aliud significat, quam ejus cognitionem
" claram et accuratam, comprehensionemq; ferre ñ posse......
inde liquet quæ fuerit Chrisostomi mens locis ab adversario productis. Vult Angelos deum ñ videre ut deus ~~se~~ se ipsum videt. Vult Angelos nihil narrare posse de divinã substan=tia, ñ qđ illi istam ñ videant, sed qđ ista sit ineffabilis et cum mente percipiant, verbis tamen designari ñ pēt.

Nam et Paulus de arcanis mysteriis, quæ vidit in raptu
ait 2a Cor: 12o n̄ licet hōi loqui. Vult Angelorum, et Pro=
phetarum cognitionem ejus revelationem, idest utramque Dei,
ejusq: gratia beneficio, n̄ vō nativæ intelligentiæ virtute
obtineri. Vult tam Angelorum intellectu deum utpote
infinitum n̄ comprehendi quam oculo corporis utpote spūm
n̄ cognosci. Vult Deum ab Angelis tantum post assumtam
humanitatem visum fuisse, scilicet perfecte, exquisite, com=
prehensive penes humanitatem ipsam, cum antea penes
abinde divinitatem cognoscerent tantum intuitive. Videatur sanctus Thomas
hic, et in 4o. distin: 49o q: 2o art: 1o......... ad 2um Theo=
doretus eo in dialogo sumto Horthodoxi nōe cum Eeuti=
chiano, quem Eeranisten vocat congreditur. Ait hic hu=
manitatem Xti fuisse a divinitate absortam, nec verum corpus
habuisse Xtum contendit. Theodoretus hoc cum argumto
refellit. Xtus, inquit, visus est ab Angelis in carne, ita
pronuntiante Aplo: visus quoq: est ab hoībus inter hoēs
agens. Ergo verum habuit carnem, ejusq: humanitas n̄ fuit
a divinitate absorta. hujus argumti vim ut declinaret Eeuti=
chianus, ajebat Angelos semper videre faciem Patris, et pro=
phetas olim Deum vidisse, tametsi corporis expertem.
Ad hæc Theodoretus reponit Angelos, hoēsq: Deum ante
Incarnationem n̄ vidisse, uti post Incarnationem. Nam ante
Incarnationem Deum in carne videre n̄ poterant: videre
igitur tantum poterant divinam naturam. Cum vō hæc nec
circumscribi, nec cogitatione capi possit seu comprehendi,
eam perfecte n̄ conspiciebant, sed tantum imperfecte,
Angeli quidem intuitive, et clare, prophetæ in ænigmate,
et obscure, videbant enim utriq: gloriam, seu speciem

quan=

quandam ad illorum naturam et captum accommodatam. Sed post Incarnationem non modo Angeli oculis mentis perfecte; sed et homines oculis corporis clare carnem Xti, per quam adspectabilem carnis naturam illam quæ minime est adspectabilis conspexerunt, Deum scilicet viderunt in carne. Ergo humanitas Xti non fuit a divinitate absorta .... ad 3.um Hyeronimus de perfecta et exquisita cognitione loquitur, quæ infinita est, et divinæ naturæ propria .... ad 4.um eadem facit responsio.

Si quæ sunt alia scriptorum veterum testimonia, quæ visionem Angelis et beatis mentibus adimere videantur, intelligi debent de visione aut comprehensiva, aut corporea aut nativæ virtuti tributa. Videatur sanctus Thom: 1.a p: q: 12.a art: 1.o ad 1.um

Obiicies ex ratione. Inter facultatem, ejusque obiectum proportio esse debet. Atqui Deum inter, et creatam mentem proportio nulla est: cum ille infinitus hic finitus sit.

Respondetur. Inter obiectum, et facultatem intersit oportet proportio non æqualitatis quidem sed rationis et ordinis. "Proportio (ait sanctus Thom: art: 1.o ad 1.um) dicitur dupliciter: uno modo certa habitudo unius quantitatis ad aliam secundum quod duplum, triplum æquale sunt species quantitatis. Alio modo quælibet habitudo unius ad aliud proportio dicitur. Et sic potest esse proportio creaturæ ad Deum in quantum se habet ad ipsum, ut effectus ad causam, facultas ad obiectum suum, imago ad suum prototypum. Et secundum hoc intellectus creatus proportionatus esse potest ad cognoscendum Deum."

Paragraphus 3.us

De affectionibus intuitivæ Dei visionis.

Intuitivæ Dei visionis duo sunt characteres præcipui,

nem=

nempe incomprehensibilitas, et inaequalitas.

Propositio 1a.

Deus in se visus non comprehenditur ab intellectu creato.

Comprehenditur (ait sanctus Augustinus Epistola 147a) quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus fines circumspici possunt. Traditam ab Augustino comprehensionis notionem excipit Angelicus in 4o dist. 45a q. 33. In hunc modum
"Augustinus duo ponit in comprehensionis definitione; quorum"
" uno excluditur excessus secundum quantitatem dimensionis: ita
" ut omnia quae cognoscibilia sunt cognoscantur: et quantum ad
" hoc dicitur quod ita videtur ut nihil ejus lateat videntem. Alio
" modo excluditur excessus secundum quantitatem virtutis: et
" quantum ad hoc dicit: aut cujus fines circumspici possunt:
" tunc enim fines circumspiciuntur, quando videns pervenit
" ad fines visionis perfecte videndo etc."

Itaque porro illud comprehenditur quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem. Atqui licet beati divinam videant essentiam, eaque omnia, quae formaliter in Deo sunt, totam tamen Dei efficientiam, atque omnes, qui manare possunt effectus, idest omnia quae eminenter in Deo sunt, perspicere nequeunt. Omnipotentia enim non tot concipitur producere posse creaturas quin intelligatur novas, et novas in infinitum posse producere. Ergo Omnipotentiae infiniti respondent effectus, quos creatae mentis perspicientia complecti atque exhaurire non potest. Norunt ergo Beati infinita esse possibilia (qua ratione sunt formalis omnipotentiae terminus) sed possibilia ista infinita distinguere, et per peculiares rationes (qua ratione sunt terminus virtualis divinae potentiae, in eaque sunt

e-

eminenter) dignoscere nequeant.

Secundo illud comprehenditur, cujus fines circumspici possunt. At nescit divina substantia fines. Ergo nequit circumspici. Accedit quod mens creata, ac virtus eidem infusa est finita: ergo aut nullo, aut finito modo id quod fines non habet, cognoscit.......

Itaque Beati mens cognoscit id quod est infinitum, et clare quidem, ut est in se, idest non ut in creaturis est et mediate, sed immediate in se ipso. Ipsum Infinitum tamen ipsum cognoscit tantum confuse, et quasi per conjecturam, quatenus cum ad ejus, quod infinitum est fines nunquam perveniat, inde colligit infinitum, id paucis, sed conceptis verbis
" perdocuit Epiphanius haeresi 70. Quam mens (inquit)
" infinitum adspicit, non quatenus infinitum est illud in-
" tuetur, sed quantum illius, quod imbecillum est, natura
" capere potest." Quam in rem exemplum adducit hominis per exiguum foramen caelum suspicientis, qui omnem ejus amplitudinem non intuetur. Ergo Beati Deum infinitum vident, sed non vident quatenus infinitum, sed finito modo in objectum infinitum feruntur, atque adeo Deum minime comprehendunt.

Denique Sancti patres adversus Macedonianos Spiritus Sancti divinitatem evincunt ex eo Pauli 1. Cor. 11. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei; si mens creata auxilio gratiae Deum posset comprehendere, patres pugione pugnassent plumbeo.

Obiicies 1. Sancti Deum comprehendunt (ad Phil. 3.) 2. Iis revelat Deus omnia (1. ad Cor. 10.) 3. Comprehendunt quae sit latitudo, et sublimitas, et profundum, et sciunt supereminentem scientiae charitatem Christi, implenturque in omnem Dei plenitudinem (ad Ephes. 3.) 4. Nos

co-

cognoscunt ex parte, sed sicut et cogniti sunt (1.ª ad Cor: 13.)

Respondet ad 1.um Sctus Thomas. Comprehensio dicitur dupliciter. Uno modo stricte, et proprie secundum quod aliquid includitur in comprehendente: et sic nullo modo Deus comprehenditur nec intellectu, nec aliquo alio: quia cum sit infinitus, nullo finito includi potest ut aliquid finitum eum infinite capiat. Et sic de comprehensione nunc quaeritur. Alio modo comprehensio largius sumitur pro ut opponitur insecutioni: qui enim tenet aliquem comprehendere eum dicitur. Sic Deus comprehenditur a Beatis juxta illud: tenui eum, nec dimittam........ad 2.um Loquitur ibi Paulus de viatoribus, deque fidei cognitione, quae omnia prorsus mysteria ad salutem creditu necessaria complectitur.........ad 3.um Aplus eo in loco Deum patrem orat ut velit Xtum habitare per fidem in cordibus Ephesiorum, qua quidem fide possint illi comprehendere, seu plene addiscere divina mysteria........ad 4.um Dum inquit Aplus: nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum; tô ex parte idem est ac admodum diminute, adeo ut si cognitio hujus status cum cognitione patriae comparetur, ea vix partem obiecti, ista obiectum prope totum attingere videatur, tametsi prior plurima mysteria, posterior non omnia quae in Deo sunt complectitur. Denique: Paulus sui ipsius interpres est. Hac enim habet ad Rom: 11.º v: 33.º „incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles via ejus."

Obiicies 5.º Deus est simplicissimus, et caret partibus. Non po=

potest res simplicissima in se, et dilucide comprehen con=
spici, quin tota videatur. Ergo Beati totum Deum vident.
Sed videre objectum ita ut nihil lateat videntem, scilicet
totum videre objectum est illud comprehendere. Ergo etc.
Respondetur. Deus est res simplicissima, sed virtute multi=
plex, et adspectabilis juxta varias rationes, ac effectus
innumeros, quibus aequipollet. Itaq: videtur Deus totus, quia
videtur ejus essentia, et substantia; sed non videtur ex toto in
totum vel penes essentiam ipsam, et substantiam. Primo quia
haec non videtur infinito modo, ut videri potest, ac reapse a
Deo videtur; 2.° quia non videtur penes ea, quae eminenter
et virtualiter continet, seu penes omnia connotata, et pos=
sibilia. Haec latent videntes: quandoquidem non videntur clare,
et distincte, sed sub obscure tantum, et per conjecturam.

Propositio 2.ª

Inaequalis sanctorum visio, et gloria est.

Catholicam hanc sententiam tuetur contra Jovinianum Hyeronimus
his momentis. 1.° in domo patris mei (inquit Xrus Joh:
14.°) mansiones multae sunt. Temperam hac ad Ecclesiam
praesentem refert Jovinianus. Nam Xrus non dixit in toto
orbe, sed in domo patris mei: deinde subiicit: vado
parare vobis locum. Locus iste utiq: in regno caelorum
est, non in terra, in qua ad praesens Aplos relinquebat.
Praeterea si in praesenti Eccla, quae futurae figura est,
mansiones multae sunt, et gradus multi, cur non erunt
„ in futura? ...... 2.° Aplus 1.ª Cor: 15.° inquit: alia cla=
„ ritas Solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum.
„ Stella enim differt a stella in claritate, sic et resurrectio
„ mortuorum„. Hoc esse Jovinianus putat discrimen inter

ho=

hoēs spirituales, et carnales, ñ inter Beatos. Ergo (respondit Hyeronimus) spirituales, et carnales in cælestib erunt. Paulus enim ait Stella a stella, ñ vō a terra differt, additq; in claritē, cujusmodi nulla est in carnalibus.

Accedit ratio. Siquidem 1º æquitas postulat, ut pro laboris modo merces diversa reddatur. At ex eorum censu, qui ad æternam vitam contendunt, alii aliis operosiores sunt. Ergo diversa iis erit reddenda merces. 2º premii æqualitas torporem, et socordiam pareret. Præcipit autem Deus, ut ad illam quam maxime possumus enitamur. " 3º pro varietate criminum varia infliguntur pœnæ: potentes potenter tormenta patientur: fortioribus fortior instat cruciatio." Ergo etiam pro varietate meritorum varia conferuntur premia: quod quidem æquissimum videtur ōib præter quam Joviniano, Epicureisq; poteris teste Hyeronimo.

Objicies 1º Pater familias apud Math: cap: 20º iis ōib, qui in vinea sua operam locaverant citius, aut serius, unum pinde denarium persolvit. Ergo par erit ōio merces.

Respondetur 1º ex Aquinate 1ª 2ª q: 5ª art: 2º ad 1um Denarius, quem paterfamilias conducttitiis servis rependit est vita æterna, quæ ñ est alteri longior, alteri brevior, sed æqualis ōib. Ut uti uno denario una beatitudo, ita multis mansionib multi beatitudinis gradus designantur. " Aquinati praivit Hyeronimus his verbis unus denarius " ñ unum est premium, sed una vita æterna, et una de " gehenna liberatio........ Respondetur 2º æqualis pendit merces operariis, qui inæquali tempore, æquali ta-

tamen merito laborarunt, qđ quidē ex animi ardore, et contentione repetit. Ita sentit Gregorius Nazianzenus oratne 40a. . . . . . . Dc nnulli patres eam parabolā explicant de vocatnē gentiliū, qui post Judaeos venientes aequalē assecuti sunt salutē pp majoř fidei labores . . . . 4o parabolæ n̄ sunt Judaico more ad ppendiculum, calliterq: expendendæ. Vitanda enim est in exponendis hujusmodi scripturæ locis micrologia, ut erudite monet Petavius, manifestū porro est parabolā hanc n̄ posse oio intelligi ad literā. Inde enim consequens foret 1o Deū n̄ pp se ipsū, sed pp procuratorem, et economū sanctis suis mercedem reddere: 2o nullā haberi diuturni laboris rationē: 3o querimonias, invidiā, et oculū nequā fore in cœlo. Quæ certe oia absurda sunt, et a statu felicitatis aliena. Quamobrē satis est illud ex hac parabola colligere, qđ justa Dei judicia admirari hoīs debeant, n̄ expostulare, et mussitare cum servis, qui diutius in vinea desudarunt: eos enim obmurmurantes Dnus n̄ sine indignatione repulit.

Obiicies 2o Inaequalis gloria parere posset invidiam, ac desideriū amplioris felicitatis.

Respondeo. Invidiæ locus n̄ est, ubi est caritas. Hæc enim n̄ æmulatur, hæc facit, ut nemo appetat, qđ sibi non "congruit. Augustinus lib. 22o de Civit. Dei cap. 30o: id "etiam beata Civitas in se videbit qđ nulli superiori ul"lus inferior invidebit. Nollet enim esse unusquisq: qđ "n̄ accepit, sicut nec in corpore vult esse oculus, qui est "digitus." Qua de re Paulus ad Eph. 4o v: 16o Julianus

po=

Pomerius Afer, seu quisquis est auctor operis de vita contemplativa, vulgo Sti Prosper lib: 4o cap: 4o ...... sicut, inquit, saturitas corporalis oes saturos æqualiter habet quamvis singuli cibos n æqualiter, sed pro possibilitate perceperint, ita oes sti et si fuerint aliqua graduum suorum diversitate distincti, una beatitudine perfecti erunt.

Obiicies 1o: damnati eadem prorsus pœna damni afficiuntur.
Respondeo pœna damni est privatio visionis beatæ: privatio autem est indivisibilis. Visio est aliquid positivum, positivi plures esse possunt gradus. Præterea argumentum recidit in arguentem. Nam etsi pœna damni quatenus privatio major, aut minor esse n possit, adjunctam tamen habere pt majorem, aut minorem Dei inimicitiam, cujus causa impii magis, minusve torqueantur, dum se Divinæ essentiæ contemplatione privari concipiunt.
Inquies. Etiam visio Dei est indivisibilis: est enim visio summi boni; proinde augeri, aut minui nequit, uti nec summum bonum. 2o Beati oes Deum sicuti est pariter vident .... 3o indivisibilis est divina essentia, quæ videtur: ergo et visio.
Respondeo ad 1m. Summum bonum est indivisibile in se, non tamen comparate ad nos: eminens adeo est, ac tam multis perfectionibus æquipollet, ut variis modis delibari, nusquam autem comprehendi possit ...... ad 2m. vo sicuti apud Paulum indicat rem visam, quæ quidem una, et indivisibilis est, n autem videndi modum, qui multiplex esse pt. Dra Augustini .... ad 3m. Docet Augustinus eadem forma, et idea objecti perfectius imbui alicujus

quam

quam alterius mentem, ideoq: a diva essentia Beatos diversis afficí modis, diversisq: rationibus ad videndum trahi.

Paragraphus 4us

de temporis articulo ad clarum

Dei conspectum conveniens.

Animas Apostolorum, et Martyrum gloriæ expertes esse, atq: in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel subtus aras Dei ad resurrectionem usq: considere ratus est Vigilantius. Relegunt ejus vestigia Calvinus lib: 3: instit: cap: 3: et Lutherus prælectione in Genesim. Immo (qd dissimulandum non est) ab eo errore haud satis abscedere videntur patres nonnulli, Ambrosius, Bernardus, ac præsertim Johannes 22us; de quo Raynaldus ad annum 1331um.

Chyliastæ, hoc est Millenarii, neq: post resurrectionem sanctis concessere gloriam. Dum quippe Xtum mille annos in terris dictitabant fore cum sanctis regnaturum. Sed regnum istud non iisdem omnes apendicibus collustrarent. .... Cerinthus circa annum 80um molles carnis voluptates quascumq: turpes, et inhonestas eo in regno commentus est. .... Papias Jerlisanus in Asia Epus circa annum 116um consueta induxit, minimeq: vetita corporis oblectamenta. Extat Papiæ elogium apud Eusebium historiæ Eccl[esiasti]cæ lib: 3 cap: 36: Sed deest in antiquis ejusdem manuscriptis teste Henrico Valesio, nec legitur apud Rufinum. Imo eodem lib: 3: cap: 39: eum vocat Eusebius hominem exigui judicii, certaq: profert ejus inscitiæ exempla. Quin etiam tametsi eum Johannis auditorem, et Polycarpi Martyris sodalem appellet Ireneus, ipse se nunquam Aplos audiisse, sed eorum tantum discipulos testatur in præfatione librorum, quos in=

inscripserat: expositio oraculorum divinorum, ut idem tradit Eusebius......... Iustinus demum, Tertullianus, et Augustinus nondum Lactantius spiritales dumtaxat delicias in regno dei millenario agnoscere visi sunt eruditis, antequam Clarissimus Chadonicus Venetus Ecclesiae Cremonensis Canonicus egregium ederet commentarium, in quo sanctum Augustinum a Millenariorum errore expurgavit. Magnas etiam habeamus oportet patri Hyeronimo Prato Veronensis Oratorii Praesbytero gratias, quod Sulpitium Severum nunquam in Millenariorum castris meruisse dissertatione nuper inter alias edita comprobaverit.

Propositio 1ª

Iusti, quibus nihil expiandum superest, ab ipso obitu intuitiva Dei visione fruuntur.

Ab obitu diximus ne nobis adversari eos arbitremini, qui aiunt Henoch, et Heliam perfrui Dei conspectu. Si quippe una contendunt duos illos summos viros nondum vita esse functos.

Dum sumus (ait Apostolus 2ª Cor: 5.) in corpore peregrina=
" mur a Domino: per fidem enim ambulamus et non per speciem.
" Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis pere=
" grinari a corpore, et praesentes esse ad Dominum: Idest: quamdiu sumus in hoc corpore peregrini sumus a Domino, quia in hac vita per fidem ambulamus, et non per speciem, seu non videmus. Ut ergo praesentes simus ad Dominum, nec amplius per fidem ambulemus, sed per speciem, optandum nobis est ut a corpore peregrinemur, seu egrediamur. Quod sane

op=

optandum ñ esset, si tantummodo post resurrectionem ad speciem, seu ad claram dei intuitum perveniremus. Nam ñ in dissolutione, et discessu animæ a corpore, sed demum in ipsa corporis resumtione consequeremur bonum illud, in quod credentes tendimus. Quod autem Paulus specie nõe claram dei visionem intelligat, inde colligitur, quod eam opponit fidei, idest obscuræ cognitioni, sicut 1ª ad Cor: 13º duo hæc opponit, videre per speculum in ænigmate, et videre facie „ad faciem." Neq: vult Paulus nos dum peregrinamur a corpore" præsentes esse ad Dnum ñ in re, sed in spe. Nam etiam dum peregrinamur a Dnõ spem habemus aliquando nos perventuros ad claram Dei visionem ut ubi id restat: audemus etc. nisi ergo statim atq: mortalitatem exuimus divinam substantiam inspiceremus frustra cuperet Paulus dissolvi, et esse cum Xto.

Rationes etiam suppetunt ñ ex arbitrio confictæ, sed ex scripturis apertissimis ductæ. Impii statim ab obitu æternis addicuntur suppliciis, ut liquet in historia divitis epulonis, qui se flammis cruciari queritur apud Lucam. Quum vº Deus pronus ñ sit magis ad pœnam infligendam, quam ad rependendam mercedem ac donandum Sctorum animæ illico post corporum exolutionem.......id autem usuvenire ñ poterat ante Xti adventum: nondum enim Xtus cælum reserraverat ob Adæ culpam clausum. Deinde totius Eccl.æ caput est Xtus: debuit ergo membris suis præire. At jam Xtus cælum conscendit, ut eo membra transferret. Deinde melior esse debet fidelium post Xti adventum, peractamq: redemtionem conditio quam fuerit olim ante Incarnationem.........nec potest meliorem esse discipulorum, quam magistri Xti tempo-

tor=

sorte, si eorum animæ corporibus excedentes statim in cælum recipiantur, cum Xtus nec statim ab obitu nec sine corpore cælum adierit. Plura enim fecit Xtus non ad imitationem, sed ad doctrinam, et mysterium; ac licet in multis non tamen in omnibus discipuli conformari debent magistro. Xtus ad inferos descendit, ut inde justos eriperet: in terris 40. dies commoratus est, ut resurrectionis suæ argumenta praeberet. Nihil eorum debet justorum animas aditu cæli prohibere. Aliter tamen sentire videntur Hylarius in Psal: 130.um et Tertullianus de anima cap: 55:

Objicies. Gloria promittitur post universale judicium. Math: 26: " Venite Benedicti etc. Quamobrem Johannis 3: legimus cum " apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti " est. Itemque Math: 20: non solvitur denarius, nisi ad vesperam. Paulus etiam ad Heb: 11o v: 39: et 2o: ad Thim: 4: v: 6: 1: ad Cor: 15: v: 16: hoc ipsum innuit.

Respondet ad 1m Post universale judicium non animæ gloria promittitur, sed gloria, et honor publicus solemni pompa collatus, gloria perfecta, regnum consummatum, beatitudo corporis, et animæ. His quippe de causis judicium universale necessarium est...... ad 2m Nihil illic de universali judicio. Quum apparuerit referendum est ad antecedentia, nondum apparuit quid erimus: proinde hic est sensus: cum æterna lux affulserit etc. Quod si cum apparuerit referatur ad Xtum, sensus est: cum apparuerit Xtus, ei similes erimus etiam penes gloriosum corpus. Tunc enim implebitur quod ait Apostolus: Salvatorem " expectamus Dominum nostrum Jesum Xtum, qui reformabit " corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis

ju=

-issue. ad 3.m quid dicendum sit constat paragrapho 3.o propre 2.a responsione ad 1.m .... qd attinet ad Pauli testimonia, primum illud, ubi ait, veteres Justos n̄ accepisse repromissiones ea ita accipiendum ut repromissionis nōe bona corporis intelligantur, quæ quidem n̄ unius generis sunt: alia enim terrena sunt, ac peritura, uti victoria, fama, terræ Canaan possessio etc: alia quodammodo cælestia sunt, atq: immortalia, uti gloria, splendor, agilitas, quæ in corpora ipsa ex beata Dei visione refluunt. Ait igitur Apostolus quosdam ex priscis Dei hoibus priores corporis felicitem esse assecutos Gedeonem, Davidem etc. quosdam n̄ secutos esse, sed ludibria, et verbera pertulisse. At alterius generis bona corporis nemini veterum concessa fuisse tradit, ne sine nobis consummarentur, Deo pro nobis melius aliquid providente, ne scilicet tandiu appetamus, et præstolemur gloriam consummatam, idest gloriam corporis, et animæ quamdiu expectanda est veteribus. Hoc enim est justorum novi fœderis privilegium. Secundo loco Apostolus ait coronam, idest gloriam consummatam animæ, et corporis sibi a Deo in illa die, nempe judicii, reddendam .... 3.o loco Apostolus eos redarguit qui dicebant quoniam resurrectio mortuorum n̄ est. Exemplo Xti istud Sadducæorum commentum explodit: Xtum autem e mortuis surrexisse ideo asserit qd alioquin de fide, ac spe nostra ōio actum esset. Nam 1.o si Xtus n̄ surrexit falsa nos docuit: nutat ergo fides. Secundo si Xtus n̄ surrexit qui sperare possemus nos aliquando surrecturos: at vō quid mihi prodest (inquit) si mortui n̄ resurgent, idest si mortui n̄ resurgent, corpus qd in partem boni operis venit ner-

mercede sua frustrabitur, et consequenter anima ipsa, quæ altera est hominis pars. Ergo nulla penitus speranda est merces si mortui non resurgunt. Ita exponi etiam potest
" illud 2.° Machabæorum 12: v.44: nisi enim eos, qui ceci=
" derant, resurrecturos speraret" superfluum videretur, et vanum
" orare pro mortuis.

Inquies. Johannes Apocalypseos 6: v: 9: ait se vidisse subtus al=
" tare animas martyrum clamantes etc. quibus dictum ut requi=
" escerent ...... donec compleantur conservi eorum, et fratres
" eorum, qui interficiendi sunt sicut et illi. Profecto animæ, quæ sunt sub altari, quæque expectant" donec compleatur numerus fratrum, idest electorum, omnium sempiterna nondum perfruuntur beatitudine. Ejusmodi sunt animæ martyrum.

Respondetur. Altare illud est in cælo: supra altare agnus, qui occisus est, idest humanitas Xti: infra altare animæ martyrum, quia cum nondum resumserint corpora sunt infra conditionem Xti, cujus corpus est gloriosum. Clamant ~~clamabant~~ ut sibi gloria corporis concedatur, quæ tamen denegatur donec etc. sed interim, ut ibidem ait Johannes donatur una stola, idest animæ felicitas. Sanctus Thomas
" in 4.to dist: 45: art: 3: Illa, inquit, oratio martyrum non
" est aliud, quam eorum" desiderium de obtinenda stola
" corporis, et societate sanctorum, qui salvandi sunt, et
" consensus, quo consentiunt divinæ justitiæ punienti
" malos.

Monitum. In Liturgiis supplicationes fiunt pro sanctis. Sanctis promiscue optamus, ac petimus requiem, quia eos inter nonnulli sunt, quibus ex hac vita migrantibus aliquid in altera expiandum adhæsit. Sanctis plene purgatis precari

pos=

possumus gloriam accidentariam, nempe majorem in Ecclia cultum, rerum gestarum praeconia, eorumq: ad Templum propensam. Quo sensu dicimus: gloria tibi Trinitas, id est gloria laudis. Praeterea Sctis Dñis apprecamur gloriam corporis, cujus resurrectionem vehementer appetunt animae eo solutae. Dum corporis desiderio afficiuntur, istae beatae quidem sunt (fruuntur enim Dei conspectu) sed ñ sunt perfecte beatae, ut quae gloriae socio careant corpore, qd fuit socium passionis, et meriti. Ex eo tamen, qd anima sine corpore ñ mereatur, ñ sequitur eam sine corpore ñ coronari. Nam primo bona opera profluunt ab anima tanquam a causa principe; a corpore tanquam a causa instrumentaria. Secundo anima ñ oĩa bona opera exercet per corpus, sed quaedam efficit sola cogitatione, et volunte.

Propositio 1a

Mille annorum in terris Xti regnum commentitium est.

Quamquam superiore propne demonstrata vix locus esse possit Millenariorum insomniis; ea tamen quae contr̃ pporia sunt, ut oĩo profligentur, atq: Ecclae dogma quoad ejus fieri pt illustretur, Cerinthum, Papiam, Justinum, tres Chyliastarum duces, ac principes singillatim refellere operae pretium est.

Propnis pars 1a

De pravis Cerinthi opinationibus.

Primo Cerinthum ita impetimus. In resurrectione (inquit Xtus Math: 22. v: 30.) neq: nubent, neq: nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. Horum verborum sensum ita aperit Lucas: neq: enim ultra mori poterunt. Si mors post resurrectionem saevire nequit; epulae igitur corporeae, sexuumq: commixtio,

quæ ad alendos, conservandosq; hoēs sunt instituta post resurrecti-
onem esse ñ possunt. Idcirco Paulus ad Rom: 14: v: 17: ñ est,
inquit, regnum Dei esca, et potus: quippe, in esu, et potu
ut ibidē addit, nec pax est, nec gaudium in Spū Sctō; quæ
propria sunt regni Dei deliciæ, ac voluptās....... Apostolus
demum ipse testatus seminatur corpus animale, surget corpus
spirituale, ñ penes substantiā, sed penes dotes, et condi-
tiones propter quas erunt oēs ~~singuli~~ sicut Angeli Dei An-
gelos, similesq; Angelis hoēs gulæ, ac ventris voluptates
sectari, nullo modo (ait Augustinus lib: 20: de Civ: Dei cap:
7:) ista possent nisi a carnalibus credi.

Secundo. Inepte vō Cerynthus Judaicarum ceremoniarum instau-
rationem sibi fingit; nam cum fuerint illæ umbra, et fi-
gura, corpus autē, et veritas successerit, nulla esse pt
earum imposterum ratio. Qua quidē de re apposite, et
fuse a clarissimo Antecessore actū est in commentario
de Incarnatione. Nos pauca adnotamus. Lex Mosayca,
pro qua Judæi pugnant partim rebus sua națā honestis,
partim rebus per se mediis, ac proinde ñ immutabilibus con-
stat: quæ quidē postremæ sive ad vitandum aliquod ma-
lum in quod proni erant Judæi sive ad experimentū
obbedientiæ, sive ad rerum futurarum significationem
inducta sunt. Has vō sustulit Messias, quem venisse
propterea negant recutiti. Omnia quippe, quæ de Messia
prænunciata sunt evenerunt. Ea ejus auctoritas, ut
sacrificia, ciborum, dierumq; discrimen, et circumcisionē
externā, quæ tum celebrari consueverant, posset extin-
guere: quemadmodū etiam prophetæ hæc oīa eversum
iri, Messia oriente, dixerint. Sed cum duo Messiæ —

ad-

adventus sacris litteris consignent, veteris legis abolitionem, Xtiani vero ad priorem referunt adventum scripta oraculis confisi. Quidem, ut ait Justini editor Maranus, Millenarii Judæos Antichristum secuturos, ac postea illum relicturos sentiebant, teste Hyeronimo. Justinus Eliæ missionem, et mysterium Judæorum imprimis conversioni destinatum arbitrabatur: nec dubitabat quin Judæos Xtum tum advenieat suscepturus esset, et cum aliis fidelibus bonorum in Urbe Jerusalem promissorum participes faceret. At non magno conatu opus est (addit Maranus) ut a Justino, et Ireneo, et aliis ejusmodi propulsemus quidquid regni terrestris opinio habuit maxime vitiosi, Sabbata, sacrificia, circumcisionem. Cæterum Burnetius nuper in tractatu de statu mortuorum, et resurgentium, atque in appendice de futura Judæorum restauratione quantum potuit conatus est ostendere mundum naturalem cœlos, et terram renovatum iri post conflagrationem: Millenium deinde, sive Millenae regnum Xti in mundo renovato, idest cœlo, et terra novis, celebrandum esse. Non alias vehementius urget causas, aliudve argumentum, quam quod promissa fuerit donorum prioris templi, idest Salomonei [illegible], quæ cum uti sibi fingit, nondum effecta sit, expectari debet in altero Xti adventu. Dona, ac sacra phenomena quæ Salomonicum templum honestaverant, quæque in Zorobabelico desiderabantur, hæc fere sunt: majestatica Numinis in nube lucida præsentia: ignis e cœlo demissus ad absumenda altaris holocausta: prophetiæ, et miraculorum dona. Frater Innocens Ansaldi clarissimus Accademiæ Ferrariensis antecessor a prioris ædis donorum

sym=

symbolice quidem allegorice, et metaphorica quadam ratione, sed sensili modo, conspicuoq: in priore Xri adventu fuisse restuta evincit commentario de bapte in spu sco, et igni, Mediolani edito anno 1752. Ait vo in prospectu operis........claritas Dei, quæ noctu cum Xtus natus est, pastores circumfulsit instar gloriæ Dni in nube candescenti, et lucida apparuit: ejusdem instar phenomeni visa est stella, quæ magos Betlehemum adducere: descendit nubes corrusca, et lucida, cum baptaretur in Jordane Xtus, ac cum in monte Aythabirio transfiguraretur: visa est gloria Dni in martyrio Stephani, in conversione Pauli: sacer ignis cum nube lucida sup Aplos, cæterosque credentes de cœlo venit die Pentecostes sacro; factaque Aplcæ Eclæ, ut olim templi Salomonici dedicatio: cœlestes flammulæ sup eos sæpe affulserunt, qui Xto nomen darent uti sup Ephesios Johannis discipulos, super Cornelium, sociosque: prophetiæ dono, qd Judæi spum sctum appellabant, scriptores novi testati mirifice afflati sunt. Itaq: dona illa jam restuta sunt, impletaque promissionis eorum vaticinia haud igitur ex[illegible]anda post orbis conflagrationem. Hæc laudato o[illegible] exequitur, et Burnetium erudite refellit pater [illegible]Andaldi. Cum etiam configere nititur spisso volumine vir magni nois Muratorius; quem qui vulgaria amant, adire possunt.

Propositio

Pars secunda.

de errore Papiæ.

Papias iisdem testibus revincitur, quæ num° 1: adversus Cerynthum pro-

produximus. Ea quippe oīa carnis oblectamenta a regno Xti prorsus ablegant.

Propriis pars 3ª
de sti Justini, aliorumq: patrum errore.

Mathæus post enarratas Antichristi persecutiones statim
„exhibet supremum judicium, qd Xtus claudit his verbis: ve=
„nite benedicti patris mei: percipite paratum vobis regnum.
„discedite a me maledicti in ignem æternum. Quibs enun=
„ciatis, ibunt hi in supplicium æternum. justi autem in
„vitam" æternam, ñ millenariam sed æternam. Nam et im=
pii statim a Xti adventu ibunt in supplicium æternum.
Vita æterna regnum æternum. In hanc rem diserte
loquitr Paulus 1ª ad Thes: 4º v: 16º....... deniq: Xti regnum
fore sempiternum tradidit Lucas cap: 1º v. 33: his verbis:
regni ejus ñ erit finis: quæ Constantinopolitanum Concilium
inseruit symbolo contra Apollinaristas, millenariis ad=
dictos.

Obiicies ex Scriptra. Pmo Xtus Math: 19: v: 29º discipulis præter
vitam æternam promisit centuplum eorm oīum bonorm, quæ
propter ipsum reliquissent. Secundo. Math: 5: v: 6º justi sunt
saturandi. Tertio. Luc: 22: v: 29: Apli edere, et bibere de=
bent sup mensam Xti in regno Xti. 4º Math: 26: v: 16º
ait Xtus se vinum cum discipulis bibiturum in regno Patris.

Respondeo ad 1m Ea Xti verba ñ esse ad literam accipienda,
consequens enim foret pios hoīs pro una, quam reliquissent,
centum uxores habituros quo quid turpius: inquit Hyeroni=
mus. Centuplum igitr, ut observat Augus idem est ac ali=
quid, qd valet centuplum, nempe gratia, et pax dei, quæ
pretio, ac merito ita terrena superant, ut centenarius

nu-

numeris unitem ...... ad 2.um 3.um et 4.um Scriptura sæpe imaginib. nuptiarum, atq: epularum delicias spirituales adumbrat carnali Judaico populo. Xtus ipse nondum formatos discipulos parabolarum atq: allegoriarum ope instruit, eisq: clariorem mysteriorum doctrinam exponentes ita alloquitur: non potestis portare modo. Itaq: allegati textus mystice intelligendi sunt de plenitudine gaudii, et deliciis spiritualib. quib. affluunt justi in regno Xti.

Inquies: Stus Johannes Apoc: 20: tradit Xtum cum suis mille annos esse in terris regnaturum ante ultimum universale judicium. Ibi quippe refert martyres, seu justos resurrecturos ante alios mortuos, ac post peculiarem sui resurrectionem et judicium, eos cum Xto regnaturos mille annis: post mille annos solvendum fore Satanam, ut plenam habeat homib. nocendi licentiam: tum demum omnes mortuos, idest impios resumptis suis corporib. ad ultimum ac generale judicium vocandos. En verba Johannis... v. 1. ... Vidi Angelum descendentem de cælo, et apprehendit dæmonem, et ligavit eum per annos mille ut non seduceret amplius gentes, donec consummentur mille anni: et post hæc oportet illum solvi modico tempore. 3: et vidi sedes et sederunt super eas, et judicium datum est illis, et animas decollatorum propter testimonium Jesu, et vixerunt, et regnaverunt cum Xto mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei, et Xti, et regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas, et seducet gentes, et descendit ignis de cælo,

devoravit

et devoravit illos, et diabolus missus est in stagnum ignis.
Et vidi thronum, et vidi mortuos, et judicati sunt mortui
secundum opera ipsorum, et infernus, et mors missi sunt in
stagnum ignis. Hæc est mors secunda....... hæc rerum est
series. Dæmonum resurrectio, judicium, regnum mille annorum
cum Xto: impiorum resurrectio, judicium, mors secunda.
Respondeo. Obscurum adeo est, et implexum istud Johannis ora=
culum, ut inde varias in sententias abierint antiqui patres.
Audendum tamen iisdem illis ducibus, ac divinandum est. Primò.
Angelus, qui dæmonem alligat, non quidem ne noceat, sed ne
licentius noceat, est Xtus. Secundo. Alligat per annos mille,
hoc est per omne temporis intervallum quod a morte Xti ad Anti=
christi persecutionem defluet:, nunc enim solvetur Satanas, ut
infra declarabitur. Familiare porro est scripturis, ut longum
„ temporis spatium numero millenario designent. Psal: 104: me=
„ mor fuit in sæculo testamenti sui, quod mandavit in mille gene=
„ rationes. Hoc temporis intervallo sedes in cœlo positæ sunt
justis," præsertim decollatis, idest martiribus æquissimo dei ju=
dicio vitam viventibus immortalem et cum Xto regnantibus. 4:
Cæteri mortuorum, idest reprobi, qui per peccatum sanctorum vitam
amiserunt, non vixerunt donec consummarentur mille anni
sed nec postea vivent. Nam ut Hyeronimus adnotat
contra Helvidium, donec et usq: interdum in sacris litteris
certum tempus significant interdum etiam infinitum, ut cum
„ pater filio dicit: sede a dextris meis, donec ponam inimi=
„ cos tuos scabellum pedum tuorum. Hæc est resurrectio prima:
regnum quippe, seu gloria animarum cum Xto est re=
surrectio qua anima a statu miseriæ migrat ad beatam
vitam. Quod si justificatio dicitur resurrectio: si consurrexistis

cum Xto quæ sursum sunt quærite, multo magis glorificatio animæ appellari poterit resurrectio, ea vero est resurrectio prima; quia corporis gloria, quæ resurrectio secunda est præveniet. 6: in his 2a mors, idest pœna corporis post universale judicium non habet potestatem. 7: erunt autem sacerdotes Dei et Xti, non quod adimpleturi sint ministeria sacerdotum secundum legem Mosaicam; sed vel quia erunt cœlestis regni principes (nomen enim sacerdotii aliquando in scriptura nomen est dignitatis, et honoris in aulis principum) vel quia seipsos, et laudis sacrificium Deo offerent; vel quia membra erunt unici et summi sacerdotis Xti. 16o denique post elapsum illud tempus solvetur Satanas, quia tunc, ut Xtus inquit tribulatio tanta erit qualis non fuit ab initio mundi: Antichristus veniet, qui Sanctos oppugnabit, et sanctas civitates, idest Eccl[esi]as. Succedet ignis generalis conflagrationis. Resurget universa caro, judicium universale celebrabitur, et unicuique juxta opera sua bonum, vel malum retribuetur. Ergo: erga justos erit hæc 2a resurrectio, ac plena felicitas cum animæ, tum corporis: erit erga impios 2a mors, et æterna animæ, corporisque cruciatio.

Appendix
De patribus millenariis.

Primo. Millenarii regni fabula tametsi Evang[eli]ca gravitati inimica suos olim habuit vindices, scriptores sacros haud ignobiles, Ireneum, Justinum, Tertullianum, Lactantium, alios. Eos tamen longe a Cerynthi, Marcionis, Apollinaris, Nepotis sententia abiisse, Thillemontius historia Ecclæ tomo 2o et pater Maranus præfationis in sanctum Augustinum parte 2a cap. 12o

e=

„ evincunt...... confitemur (inquit Tertullianus contra Mar=
„ cionem lib: 3º cap: 24:) in terra nobis regnum repromissum
„ .... hanc (Jerusalem) dicimus excipiendis in resurre=
„ ctione Sctis, et refovendis om̃ium bonorum utiq: spiritualium
„ copia in compensationem eorum, quæ in sæculo vel despe=
„ ximus, vel amisimus a Deo prospectam. Siquidem et justum
„ est, et Deo dignum illic quoq: exultare famulos ejus, ubi
„ sunt et afflicti in nõe ipsius.

Secundo. Quod patres in hac re nõn levis sane momenti erra=
verint humanæ fuit infirmitatis. Plerique tamen volunt
Papiam, ejusq: deinceps asseclas in transversum abreptos fuis=
se nulla Apocalypseos scriptura intellectu difficilia, ac
superam intellecta. Posset id etiam ad Platonem revocari, qui
pacem quodammodo millenariis praetulit: quædam enim sal=
tem illorum systematis vestigia offendimus in Phedro, ac præ=
sertim in 10º de republica libro. Antiqui auctores nostri
in Paganismo magnam partem alti, atq: educati, ñ illico ad
religiosam, accuratamq: Xtiani dogmatis defrem convolarunt.
Ideas enim cum praeseferrent humanæ sapientiæ nubeculis
obductas, fidem numeris õibus perfectam vix informare ani=
mo potuerunt, siquidem quæ diu excoluimus, et adamavi=
mus altius hærent in mente. Quam ut statim õio revelli
queant. Deus autem vel in ipsis Sctis suis labeculas ejusmo=
di relinquit, ut ne sibi confidant, sed discant Deum solum
esse supremam veritatem nulli obnoxiam mutationi. Graviter,
ac moderate quidem suum de veteribus judicium effert Hye=
„ ronimus. De Lactantio in epsla ad Paulinum ita scribit: „La=
„ ctantius quasi quidam fluvius Tullianæ eloquentiæ, utinam
„ tam facile nostra confirmare potuisset, quam aliena destruxit. „

a=

Alios in epistola ad Tranquillinum perstringit in hunc modum
„ .... ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum
„ arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apolli=
„ narem, et nonnullos Ecclesiasticos scriptores, græcos pariter, et latinos,
„ ut bona eorum eligamus, vitemusque contraria, juxta Apostolum
„ dicentem: omnia probate; quod bonum est tenere: idest sententias
cujusque proprias, ac perfunctorias ne permiscere velitis cum
certis, perpetuisque fidei universalis oraculis.

Tertio. Dum veterum patrum vitia reprendimus, nemo nos arbitretur aut in censores intemperatiores connivere, aut imperium traditionis excutere. Eos colimus, ac veneramur veluti duces, et magistros nostros, quos audemus sine contemptu reprehendere. Illud tantum, quod Ecclesiæ nomine, et tanquam dogma pronunciarunt, ab eo secernimus, quod tanquam sententiam sui proprium, et tanquam sistema e conjecturis collectum venditare aggressi sunt. Huc pertinent quæ de auctoritate patrum disputavimus.

Quarto. Quamobrem minime ferenda est teterrima illa calumnia, qua millenarii patres tanquam hæretici traducuntur. Nam ut id etiam addamus ex Augustino epistola 162.° hæresis est pertinax erroris ab Ecclesia proscripti defensio. Quænam in majoribus nostris pertinacia? quisnam contra Ecclesiam motus? huic demum controversiæ modum dirimere potuit synodus œcumenica Florentina anno 1439.° Hieronymus ideirco in cap. 19.° Jer. Millenariorum sententia proposita subjicit
„ .... quæ licet non sequamur, tamen damnare non pos=
„ sumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum, et martyres ista
„ dixerunt: et unusquisque in sua sententia abundet, et Domini
„ cuncta judicio reservent.

quoniam

Quinto. Insaniunt pariter Acatholici dum ajunt id temporis intercisam fuisse traditionem Aplicam, et obliteratum dogma Catholicum. Quum dogma Catholicum sit qd semper qd ubiq: quod ab oib. traditum est; cumq: divina traditio ex trib. praesertim capitib. aestimanda sit scilicet ex antiquite, ex universalitate, ex consensione, quam tuemur doctrina trib. iis, quasi propugnaculis communiq. Nam 1: dogmatis hujus initium consignari n. pt, cum illud veluti majorum fidem professi sint 1: saeculo Hermas, Clemens Romus, Ignatius martyr, quorum testimonia laudat clarissimus pater Berti; ac praeterea Presbyteri, et Diaconi Eccl.arum Achaiae, qui acta martyrii Sti Andreae anno 59: conscripserunt. At ex adverso 1: tantum labente saeculo caput extulere millenarii. Novitas autem nunquam n. in erroris suspicionem venit. 2: si n. ex aliquorum duntaxat sed ex multitudinis sentia aestimari debet Catholicum dogma, quae est altera ejusdem nota, nempe universalitas: testes assertionis nostrae appellat innumeros cujusq: saeculi patres. Idem doctmus pater Berti: Vel ipse Irenaeus lib: 5: fatetur se plures habere in hac re adversarios. Justinus martyr
„in dialogo cum Tryphone inquit.......confessus sum
„tibi me quidem et alios plures eadem mecum sentientes,
„arbitrari id, sicut plane scitis futurum (nempe de ter-
„reno Xti regno) multos vero etiam, qui purae, piaeq: sunt
„Xtianorum sentiae hoc n. agnoscere tibi significavi. Profecto constat Dyonisium Alexandrinum Epum, et Cajum Romae Eccl.ae Presbyterum vix dum exortam millenariorum opinionem acriter oppugnasse. 3: si Catholicum dogma simplex est, uniforme, et constans, error vero varius multiplex

ac

ac male sibi cohaerens; quis n̄ sentiat novas ad Catholica referat dogmata, cum patres pleriq: oēs Sctōrum animas, in quocumq: demum loco positas, aeterna felicitate potiri consentiant: contra millenarii praeter discrepantias quas supra memoravimus, commenta alii martyres, ut Ireneus, alii virgines, ut Methodius, statim ad caelũ recipi, alii ut Justinus, et Lactantius, justos oēs n̄ in caelũ quidẽ recipi ante resurrectionẽ, sed interim beatitudine aeterna, et dei visione ꝑfrui existimarent. Lactantius lib: 7: cap: 20° duo fingit judicia, 1ũ in ipso Xti adventu, in quo judicabuntr ii tantũ, qui sunt in dei religione versati, alterum post mille annos. dissentiunt alii. Atq: adeo millenarii mutuis vulneribz se conficiunt.

Sexto. Haec de patribz generatim: neq: enim quid singuli senserint criticorũ more disquirimus, sed operã minime luseris, qui Horstii, et Mabilonii notas fusiores in opra Sti Bernardi ad tom: 2ũ sermonẽ 2ũ de oibz Sctis numo 4° perlustraveris

Cap: 7ũ

De divina scientia, voluntate providentia, praedestinatiõe

disertatio 1ª

De Scientia Dei

Caput 1ũ

Prolusio adversus Atheos, seu de Supremi entis intelligentia.

Pmō. disputationis nos inter, et Atheos apicem in eo positum esse advertit Clarchius cap: 9: propẽ 16° ut tandẽ dijudicari possit, intelligens ne sit, ac sciens ens existens per se se,

ac

an secus. Nam qd existat ens aliquod neſsario, quodq: ens neſsario existens sit æternum, infinitum, rerumq: oium causa primaria, n̄ admodum repugnaverint Athei. At Athei dio oēs sive mundum esse velint æternum, et penes formā, et penes materiam, sive solam materiam putent esse neſsariam, formam vō contingentem; Athei inquam, oēs quamcumq: amplectantur hypothesim aut asserunt, aut coguntur asserere: ens p̄ se se existens n̄ esse ens intelligens, illudq: concipere debent instar entis materialis, et sine actione aut instar agentis neſsarii, qd sane eodē recidit. Agens siqdem si n̄ agat libere, sed neſsario vel debet oī intelligentia carere; atq: hoc sensu veteres Athei illud concipere visi sunt: vel ejus intelligentia sit oportet sine electione, sine volunte, sine libertate: quam in sententiam concessit Spinoza, et recentior n̄nemo, sed vel ipse communis sensus nos admonet pinde esse nullam illi, ac aliquam tam male mulctatam tribuere intelligentiam. Addit Clarchius idem hujus entis intelligentiam ægre a priori demonstrari posse, sed obviam esse demonstrationem a posteriori ductam ex varietate, et gradibus pfectionum, quæ insunt entibus, atq: ex ordine causarum et effectuum.

Secundo. Utitur hac demonstratione Angelicus. Nam ut supremi entis intelligentis existentiam colligat, quinto loco argumentum adversus Atheos sumit ex gubernatione rerum. Videmus, „inquit, qd aliqua, quæ cognitione carent scilicet corpora „naturalia operantur ppter finem: qd apparet ex hoc, quod „semp aut frequentius eodē modo operantur, ut consequantur id, „qd est optimum. Unde patet, qd n̄ a casu, sed ex intentione „pveniunt ad finem. Ea autē, quæ n̄ habent cognitionem non

" non tendunt in finem nisi directa ab aliquo cognoscente,
" et intelligente, sicut sagitta ab sagittante. Ergo est aliquid
" intelligens, a quo oēs res nāales ordinantur ad finem, et
" hoc dicimus Deum............Quod paucis Aquinas confi-
cit fuse prosequitur Grotius lib: 1: paragrapho 7° de verite
religionis Xrianæ: si hūni corporis admirabilem constru-
ctionem, intus, extraq: conspicimus, et ut etiā ibi etiam mi-
nima usus suos habeant nullo studio, nulla industria pa-
rentum, arte vō tanta, ut Phorum, ac Medicorum præstan-
tissimi nunquam ea satis admirari possint ostendit hoc
opificem nāæ esse mentem excellentissimam: qua de re
videri pōt Gallenus de usu partium lib: 3: præsertim cap:
10: ubi oculi, et manus usum examinat. Imo et mutorum
animantium corpora id loquuntur: n̄ enim ex vi materiæ,
sed ad finem certum collocatæ, ac figuratæ sunt eorum
partes. Neq: animantium tantum, sed et plantarum, et her-
barum, ut a Phis accurate notatum est. Idem egregie
Strabo lib: 17: notavit in aquarum positu, quæ si materiæ
qualitatem respicias, mediæ esse debuerunt inter terram, atq:
aerem, cum nunc terris interfusæ sint, nimirum ut terræ
fæcunditati, hominq: vitæ nihil obstaret. Ob finem autem
agere n̄ est nisi intelligentis nāæ. Neq: vō singula tan-
tum ad peculiarem suum finem ordinantur, sed et ad commune
universi; adeo ut universi compages continua partium
cohæsione semet sustineant. Finis autem hic universalis
intendi, et vis ad eum finem inseri rebus non potuit,
nisi ab intellectu, cui subesset hoc universum. Quin et
bestiarum n̄nullæ actus exercent ita ordinatos, atq: dire-
ctos, ut sīc eos appareat a ratione aliqua proficisci:

quod

quod in formicis, et apib; maxime apparet; sed et in aliis quibusdā, quæ ante sē experitū aut nocitura fugiunt, aut profutura quærunt. Non ipsis inesse vim hoc aut inveniendi, aut dijudicandi inde apparet qđ semp agunt consimiliter, et ad alia neutiquā graviora nihil valent: quare ab extrinseca ratione ipsas aut dirigente aut efficaciā suā ipsis imprimente neſſe est ista proficisci: quæ quidē ratio nihil aliud est, quam qđ deus vocat. Jam vō cœlestia quoq; sydera, et quæ in iis maxime eminent sol, et luna cursus agunt ita attemperatos ad terrarū fœcunditatē, et animantiū valetudinē, ut ne excogitari quidē aptius quidquā possit. Nam cum alioqui multo simplicior fuisset p æquatorem motio aliā illis attributā videmus p obliquū circulū, quo ad plura terrarū spatia beneficia ipsorū pringerent. Sicuti vō terrarū usus penes animantia est, ita animantium cæterorū penes hoēm maxime, qui violentissima quæque exsuperantia ingenii sibi subiicit: unde mundum hōis causa factū etiam Stoici colligebant apud Ciceronem de officiis 1º et de nāra deorū 2º. Quum vō eo usq; vis hōis n̄ possit pringere ut et cœlestia lumina sibi servire cogat, nec illa ultro se hōi mancipasse credenda sint; sequit ut superior sit quædā mens, cujus imperio ingentia illa corpora hōi tanto infraposito operas perpetuas præstent: quæ ipsa mens n̄ alia est, quam opifex syderum, atq; universi. Motus autē syderū, qui excentrici quique epicyclici dicunt, manifeste ostendunt n̄ vim materiæ, sed liberi agentis ordinationē. Quod si terram perpetuo moveri statuas, res sub aliis nōib; eodē recidit. Nec minorē divīæ providentiæ efficaciā agnoscunt recentiores

astronomi in illis, quas deprehenderunt constantibus motibus planetarum parabolicis circa solem per fluidissimum vortices; ita ut nec accedant unquam, nec recedant plusquam solent a centro, semperq; pari obliquitate solis æquatorem secent. Ipsa vero mundi figura præstantissima et partes ejus ordine admirabili dispositæ satis loquuntur non casu hæc confluxisse, sed ab intellectu, et quidem excellentissimo esse constituta. Nam quis adeo stolidus est, ut a casu aliquid tam accuratum expectet quasi credat lapides, et ligna in domus, aut navis, aut balystæ species coalitura, aut ex jactis forte literis extiturum poëma: nam et qui figuras geometricas in litore viderat hominis se dixerit videre vestigia satis perspiciens a casu talia proficisci non potuisse. Hæc eadem Tullius eleganter, atq; erudite proposuit lib: 2: de natura deorum capitibus 3: 34: 35: Recentiores idem argumentum versant feliciter Phenelonius opere Dei existentia demonstrata ex arte natura, illustris Boyle tractatu de causis finalibus, Dnus Ray lib: de sapientia Dei in operibus creationis, atq: ut alios prætereamus omnium optime Dnus De Ham duobus voluminibus inscriptis Theogia Phisica, et Thesia Astronomica.

Tertio. Itaq: entis intelligentis existentiam satis demonstrat rerum pulchritudo, varietas, ordo, totius universi proportio, ac præsertim illa directio, qua unaquæque res suum fertur in finem: qua de re Clarckius de divina existentia cap: 9: et Jaquelotius de eadem dissertatione 2: capitibus 6: 4: et 5: quod si ut iidem monent, Carthesius et qui ejus ratione consentiunt Philosophi explicare conati sunt quem ad modum per solas motus leges mundus fabbricari

po=

potuerit, (qd eorum facinus ñ modo inane est, sed etiam jo=
culare) eo tantum progressi sunt, ut sistema praescriberent
quo posset comfingi mundi pars inanimis, cujus vix ulla
habetr ratio: qd attinet ad plantas, et animantia, quae sa=
pientiam conditoris manifestius produnt, eorum conditionem
ad leges motus exigere minime ausi sunt, aut si id ali=
quando tentarunt res iis haud successit ex animi sententia.
Enim vo nullius momenti sunt leges motus, ubi de plantis
agitr, et animantibz. Quod ad hypothesim Epicuri, qui haec
casu e tellure emersisse putat (quae jam explosa fabella
est nostris concedentibz Atheis) e Phorum hujus, et superioris
aetatis inventis compertum est illa nihil esse, aut fingi posse
ineptius. Siquidem certissime scimus plantas vel minimas, mi=
nimaq: animantia a sui similibz gigni, nihil occultum, nihil
dubium esse in eorum generatione, non solem, non tellurem,
ñ simul oia, quae in naturae regno potissimum vigent, effi=
cere posse vel unum ens vitam, vel vegetabilem vivens. Animad=
vertimus obiter Phiam naturalem, et experimentalem saepe numero
usui esse, cum de religione agitr: quocirca Cyrillus lib: 1. contra
Julianum inquit: Phia est cathechismus ad fidem. Quae cum
ita sint Athei concedant necesse est aut plantas, et animan=
tia sua ab origine esse opus intelligentis, qd certo tempore
ea in lucem eduxerit; aut cum ab oi aeternitate creata,
et constituta uti nunc sunt, fuerint, esse opus aeternum
causae aeternae, et intelligentis, quae quidem sua nunquam
usi desinit potestate et sapientia infinita; aut demum ea
ab oi aeternitate alia ex aliis descendere pr infinitam succes=
sionem causarum dependentium sine causa originaria per se se
existente. Primum si asserant, nobiscum sentiunt. Alterum e=

eodē pertinet nec suffragatur Athei. Tertium est absurdum, impossibile, contradictorium, ut demonstratum est scilicet. Quarto. Athei ne sibi ipsi deesse videantur inquiunt: aut nullum oīo est ens intelligens: aut si qua est intelligentia, ea n̄ est perfectio a materia distincta: aut demum si qua est a materia distincta intelligentia pt ab ipsa materia proficisci; sic quippe colores, soni, gustus, aliaq; id genus manant a figura et motu, quib' hæ qualitates n̄ insunt: sic deus etiamsi divisibilitatis et figuræ expers divisibilitem, et figuram materiæ indidit. Itaq. Athei veterum oīum suffragiis destituti. Nam tametsi eos inter n̄nulli nihil reale agnoscerent præter corpus, animam tamen hoīs putarunt esse quintum quoddam elementum, aut quintam sine nōē essentiam, nobis ignotam, indivisibilem, immutabilem, penitus celestem, penitusq; divinam; quandoquidē informare animo n̄ poterant qui terrestri quatuor elementorum materia potis esset cogitare, seu ipsam "cognoscere. Cicero Tusculanarum 1. Aristoteles quintam quan"dam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et "providere et discere, et docere.......... in horum quatuor "generum nullo inesse putat. quintum genus adhibet vacans "nōē.........sed antequam articulatim quæ ab Atheis producta sunt refellantur cum Phenelonio demonstrandum id qd materia est cogitare n̄ posse. Ne ullam, inquit ille, sollicitemus Philosophicam sectam, nullus est oīo Philus cui n̄ in alterutram harum propōnum concedendum sit. Aut materia fieri pt cogitans sine cujuspiam rei adjectione.......... aut materia cogitare nequit, idq; qd in nobis cogitat est ens a materia distinctum, eiq; conjunctum. Si materia cogitans est sine addito illud saltē fateamur nesse est n̄ oēm materiam esse co-

cogitantes, eamq; ipsam materiam quae hodie cogitat n̄ cogitasse
jamdudum a quinquaginta annis. v. g. materia corporis
in adolescentulo n̄ cogitabat decem ante ejus nativitatem
annos. Ergo materia acquirere pt̄ cogitationem p compositionem
quandam, certumq; partium suarum motus. Assumamus
itaq; materiam lapidis, aut congeriei arenae. Haec materia
partis n̄ cogitat ut cogitare incipiat opus est eam dispo=
nere, figuris ornare, movere certos in sinus, certoq; modo,
et gradu oẽs ejus agitare particulas. Quid porro illud est,
qd tanta sollertia rapire, et efficere potuit proportiones
ejusmodi, et dispositiones, ac motum ad hoc, n̄ ad aliud la=
tus penes gradum hunc, quem ultra, citraq; materia cogi=
tare n̄ pt: quid õib; his modificationib; tam accuratis
materiam tam vilem, tam informem insignire potuit, ut inde
infantuli corpus existeret, et sensim ratione instrueretur.
.... qd si dicant Athei materiam n̄ posse cogitare
sine additamento, et opus esse ente, qd eidem adiiciatur:
postulo quidnam sit hoc aliud ens, qd cogitat, dum ma=
teria, cui connexum est, movetur tantum? ecce duas absi=
miles prorsus naturas. Alteram nos n̄nisi p figuras, et motum
localem concipimus; alteram dignoscimus tantummodo ex
pceptionib; et ratiocinationib;. Altera alterius n̄ exhibet
ideam, et discrepant inter se utriusq; idea, nunc ad sin=
gulas Atheorum exceptiones veniamus.

Sed primum qd ajunt, nimirum nullum esse ens intelligens, hoc mon=
stra n̄ eget refutatione. Nam quantum a vero abhorreat,
intimo quisq; sensu p se deprehendit. Iidem illi, qui
summis virib; contendunt belluas esse pura automata, seu
machinas id ne p conjecturam quidem, aut suspicionem ad

ho=

hoem transferunt.

Alterum qd ex Atheorum Achilles, diligenter excutiendum est. Apud illos, qui intellegentiam esse volunt materiæ propriam vel ea est aliqua ex materiæ affectionibus, puta magnitudo, figura situs, motus, ut Hobbius censet; vel est facultas naturaliter materiæ insita et distincta a magnitudine figura, situ, motu, ut auctor est Stratho. Utrumque absurdum est.

Primum quidem nam cogitatio non est affectio materiæ. Principii loco nonnulli statuunt de rerum naturis judicari non posse, nisi ex rerum ideis. Tolle, inquit Lockius hoc principium, omnem scientiam sustulisti: ideo quippe affirmo triangulum non esse circulum quia diversa est idea trianguli ab idea circuli. Atqui idea cogitationis diversa est ab idea magnitudinis, figuræ, situs; immo magis inter se differre concipimus cogitationem et magnitudinem, quam circulum et triangulum: hæc duo eodem genere continentur; circulus vero toto genere distat a providentia futurorum, seu memoria, seu conscientia, seu sensu, seu volitione. Sed cum inter materiæ affectiones motui cogitationem tribuant Athei præsertim Hobbius, in id potissimum incumbamus necesse est. Primo motus procreare tantum in materia potest divisionem, configurationem, diversum situm coagmentationem. Hæc omnia procul absunt a cogitatione. Secundo. Si motus per se esset cogitatio, omnis motus esset cogitatio, imo esset eadem semper cogitatio: quandoquidem idem semper est motus. Variæ motus determinationes ad Orientem ad Occidentem sunt tantum externæ, et relativæ denominationes, nec mutant ipsam naturam istius qualitatis, quam motum vocamus; quia omnis motus na-

natura sua est rectus, et in singulis punctis circuli ridus motus est semp rectus, licet ppter impedimentum determinatio mutetur. Motus ergo circularis nunquam existit, sed fingitur tantum p memoriam, seu mentem ex conjunctione multorum motuum in successivis instantibus. Duo inde sequuntur: 1º uniformem, minimeq; variam esse cogitationem si motus sit cogitatio, quia motus non est res varia, sed uniformis: 2º motum rectum esse cogitationem, si motus sit cogitatio, quia oïs motus est rectus; quod sane consectarium vel ipsis displicet adversariis, qui reactionem quidem cogitationem nuncupaverunt, nunquam vō motum scilicet rectilineum. 3º existunt tot ideæ motus, quot sunt modi motus, ac præterea tot sunt ideæ figuræ, quot esse possunt figuræ; tot etiam sunt ideæ aliarum rerum, quot res ipsæ. At ideæ sunt modi cogitationis. Ergo cogitatio cum oēs motus, imo oīa entia complectatur, nequit esse species motus. 4º si motus particularum materiæ esset cogitatio, hæc temere, et sine consilio oriretur. Nam cujus arbitrio prodiret? nulla igitur foret libertas, sapientia, providentia; quæ tamen inesse cogitandi virtuti sentimus etc.

Nec felicius divinat Strato, dum cogitandi vim materiæ affingit tanquam affectionem a ceteris affectionibus distinctam, contenditq; materiam esse p se percipientem, et cogitationem ad materiæ essentiam ptinere. Porrō id materiæ essentiale ē est, sine quo materia concipitur. Atqui materiam concipimus sine vi illa vitali sine illa pceptione natali; immo nihil in materia concipimus præter extensionem, divisibilitatem, figurabilitem, mobilitatē, impenetrabilitem. Has porrō ad essentiam materiæ ptinere dicimus, quia sine iis materiam con=

concipere n̄ possumus. 2° si cogitatio esset essentialis materiæ a materia abesse n̄ posset, eamq; oīs materiæ portiuncula contineret, atqui experimur non inesse materiæ omni vim cogitandi; imo in tota molle nostra corporea pars nulla est, quæ cogitet. Hoc sane solum Atheorum ingulat pectus. Hobbius ipsum ut revelat perceptionem distinguit a sensu, seu conscientia perceptionis, ac docet perceptionem in oī materia esse; sensum verum et conscientiam ex memoria pendere quæ in organizatione sita est, vel sensum nasci ex varietate perceptionum sibi invicem succedentium, sed et distinctio perceptionis, et sensus seu conscientia vanissima est, nec potest intelligi quonam modo perceptio a conscientia divellatur, perceptio sine sensu, et conscientia est perceptio sine perceptione. 3° cogitatio plane repugnat naturæ materiæ, seu corporis. Nam corpus est substantia constans multis partibus, hæc materiæ natura est, oībusq; ejus affectionibus magnitudini, figuræ, inertiæ, gravitati, motui ita convenit, ut ubiq; locum habeat multiplicitas partium, atqui cogitatio non tantum est distincta a qualitatibus corporis, idest n̄ est longa quadrata ponderosa, iners, divisibilis &c. sed est plane simplex et individua, una nimirum valet quisq; vi, qua res comparat judicat, colligitq; qua præterita tenet, complectitur præsentia futura prospicit, qua per omnem vitam conscius est sibi se eandem esse individuam personam successivis temporibus.

Tertium quod aiunt Epicurei, nempe cogitationem a materia, quæ nihil habeat cogitationi simile, quæq; prorsus diversa sit posse proficisci absurdum est quam quod maxime. Nam ex magnitudine figura, situ, motu nihil gignitur præter varias magnitudines varias materiæ combinationes, varias figuras, motusq; varios. Res quippe composita n̄ differunt nat-

natura a reb. simplicib. componentib: l.g. si ex duob.
triangulis quadratum efficias, istud n̄ aliud est, quam duo
triangula. Quod si totus diversam haberet naturam a partib.
diversa forent a se ipso natura, cum totum nihil sit, nisi
complexio partium. Frustra opponeres rotunditatem in circu-
lo, globositatem in globo esse affectiones totius quæ n̄ est in
partib. Nam rotunditas esse nulla posset, nisi essent ar-
cus, seu partes efficientes rotunditatem, nec globus esse pos-
set, nisi essent partes sfericitatis. Itaq: cum Epicurei
supponant cogitationem natâ ab aliis affectionib. differre,
illam ex nihilo educunt, et sine efficiente causa. Quæ
afferuntur ab adversariis exempla futilia sunt. Testes pro-
ducimus Cartesius. Colores, soni, gustus sunt animæ, quæ
quidem est ens intelligens, cogitationes, aut modificationes;
motusq: et figura impressiones sunt earum occasio, neu-
tiquam vero causa. Imo etsi daremus Atheis animam esse
materialem, nihil id ad rem nostram faceret. Fateri enim
debent eam esse materiam ratione et intelligentia præ-
ditam n̄ quatenus materia est, sed quatenus a qualibet a-
lia materia secernitur. Quod ubi fateantur in vado res est,
conficimusq: iam fieri n̄ posse, ut colores, soni etc. quæ
n̄ corporis intelligentia destituti sed animæ perceptiones
sunt, ab ente cui desit cognitio, oriantur, quam fieri ne-
quit, ut color sit triangulus, ut sonus sit quadratum, ut
nihil aliquam efficiat rem........quod additur a Deo inditas
qualitates quib. tamen ille careat multo magis elumbe est.
Nam figura divisibilitas, aliæq: qualitates n̄ sunt fa-
cultates reales, propriæ, distinctæ, et positivæ, sed negativæ
tantum qualitates et imperfectiones. Et si vero causa ullam re-

reale, quod non habet perfectiones, nequeat suam in effectum traducere. Imperfectiones tamen, defectus, et negativa qualitas, quae causae non insunt inesse possunt effectui. Utraque licet figura, et divisibilitas (quae nonnisi negationes sunt uti profecto sunt limitationes) in effectu deprehendantur, quin deprehendantur in causa; non consequitur id quoque de intelligentia asseverari posse quae qualitas est a materia distincta, ut demonstravimus.

Cap: 8.

De divina scientia, Eiusdemque partitionibus et characteribus.

Primo Deum intelligentia, et cognitione pollere demonstravimus. Eius porro cognitio cum perfectissima sit scientia dicitur. Scientia enim est certa, et perspicua rei alicuius cognitio. Ea quidem penes nos, vel per effectus paritur, vel per causas, seu vel a posteriori, vel a priori est. Utraque idearum seriem, et ratiocinationem postulat. At Deus non progreditur ab alicuius rei notitia ad notitiam alterius et simul omnia cognoscit.

Secundo tametsi divina scientia in se ipsa sit una (nam cum sua in essentia suis in decretis Deus omnia cognoscat, eius omnis scientia est sui ipsius cognitio) dividi tamen solet in scientiam simplicis intelligentiae, et scientiam visionis. Scientia simplicis intelligentiae est, qua cognoscit res possibiles, visionis, qua futuras. Legitima porro est haec divisio. Siquidem Deus cognoscit res possibiles per essentiam, futuras per decreta. Essentia divina est obiectum necessarium, nec potest aliter esse ac sit. Divina decreta sunt libera. Nam Deus quidquid facere quod non facit potuit. Differunt ergo duo haec obiecta, merito[que]

Deo duplex tribuit scientia.

Tertio duo sunt hujus posterioris divinae scientiae characteres. Primus appellatur visio. Deinde dici solet rerum futurarum causa.

Quarto appellatur visio scientia visionis. At non est necesse ut cognitio, quae visio dicitur res immediate in se ipsis attingat sine interjectione alicujus medii. Visio objecti est ejus cognitio tota simul, et sine ratiocinatione, seu perceptionum et judiciorum serie. Sed visio differt a cognitione immediata. Solem e. g. videmus, sed non videmus ut veteribus philosophis visum est, sine interposita speciei impressae; aut ut recentiores nonnulli volunt, non videmus nisi in archetypo. Ergo divina visionis scientia non in eo est, ut Deus cognoscat creata in se ipsis, et extra decreta, sed in decreto, ut Deus statim in essentia sua omnium creatorum entium essentias in decreto suo eorum existentias cognoscat.

Quinto. Deinde divina scientia dicitur futurorum causa. Sed id cum verum esse possit, et falsum, declarandum est. Concipio primum Deum scientia simplicis intelligentiae cognoscere entia possibilia: postmodum concipio Deum decreto suo ea determinare, quibus largiri velit existentias, ac dum decretum suum videt videre determinante hac illa extitura. Quo posito satis patet scientiam simplicis intelligentiae requiri ad decretum ipsius condendum. Nam Deus videt sibi proinde esse haec, aut illa creare, sed cognoscere saltem debet omnia haec entia, quae quidem aeque potest creare, seq: sine hac cognitione determinare nequit. Decretum vero, quo Deus vult huic, aut illi creaturae existentiam impertiri causa est cur creaturae existant, quodque

fu=

futurum, aut n. extiturum est desigit, ac determinat. Itaq. scientia visionis, qua Deus res futuras cognoscit quatenus reapse divino decreto res futuras determinanti junsita causa est, ac dicitur rerum futurarum.

Sexto praeter scientiam simplicis intelligentiae, et scientiam visionis admitti nequit in Deo quadam scientia, quam mediam vocant. Sed de hac cap. 4.

Dal corpo corruttibile ... cieca corrotta ... la mia ... Julie

Cap. 2.

De divinae scientiae obiecto.

Propositio 1.

Deus se ipsum perfectissime novit.

Deus est ens intelligens, et sibi intime praesens: ergo habet sui conscientiam. Deinde si Deus omnia in se ipso cognoscit, ut infra demonstrabimus; aut nihil omnino cognoscit, aut se ipsum cognoscit.

Propositio 2.

Deus cognoscit rerum omnium essentias, et rationes omnes, quae sunt inter illas essentias, idest omnem veritatem.

Nam Deus est sempiterna, et immutabilis natura ea omnia, quae immutabiliter vera sunt continens; seu essentiae rerum, et earum rationes nihil aliud sunt, quam modi mentis divinae.

Propositio 3.

Deus novit omnia entia possibilia, seu omnia, quae extra Deum existere possunt.

Deus cognoscit se ipsum, atq. adeo potentiam suam. Atqui en=

entia possibilia sunt res, quib. divinā potentia dare pt existentiam. Deinde rebus possibilib. Deus existentiam conferre pt, atqui n̄ pt. nisi easdem cognoscat: nam sciens, et prudens facit.

Propositio 4a.

Deus novit om̄ia existentia vel minima, ipsasq: hom̄ cogitationes.

Omnia quæ sunt in Deo vivunt, moventur, et sunt; seu per omnipotentem ejus efficaciam existunt, aguntur, [illegible]. Quidni vō ea cognoscat, quorum est auctor, conservator et rector. Præterea rebus existentib. Deus intelligentiam concessit, et vim multiformiter percipiendi: Qui plantavit aurem, n̄ audiet: qui finxit oculum n̄ considerat? qui docet hōem scientiam, ipse n̄ intelliget? Psal: 94.

Propositio 5a.

Deus novit ab æterno futura om̄ia, seu necessaria, seu libera.

Primo. Scientia divinā cum infinita sit, amplificari nequit: nisi vō res om̄es futuras haberet perceptas in dies amplificaretur. Secundo. Sine hac scientia nulla esse pt providentia cum attributis moralib. Universitatem enim bene, sapienterq: ordinare nequit qui n̄ om̄es novit operationum suarum exitus; atq: adeo ignorat quæ oriri possint mala, quæq: malis adhibenda remedia. Tertio. Res futuras n̄nisi per conjecturam sequimur: ergo eas Deus certissime novit. Quarto. Prophetarum vaticinia Deo adflante edita argūto sunt nihil Deum latere, quod futurum sit. Hæc porro futurorum liberorum, et contingentium præscientia nec divinam, nec humanam evertit libertatem.

ac

Ac cum divinâ quidem libertate componitur, nam ut monet sctus Thomas in 1º distinc: 39º q: 1º art: 1º ad 3um, si Deus scit aliquid non potest aliter scire non absolute, sed ex suppositione tantum, quod sciat, et velit. Nam Dei scientia est immobilis, uti voluntas immutabilis. Quocirca res ex suppositione quod eam Deus sciat non potest aliter evenire, proindeque eam aliter scire Deus non potest. "Illud quod est (ait sctus Thomas) necesse est esse dum est." Absolute tamen loquendo non necesse est esse. "Ita et Deo scire necesse est dum scit. Non tamen necesse est eum scire, nisi necessitate immobilitatis, quæ voluntatis libertatem non excludit: et hæc libertas significatur cum dicitur quod Deus potest hoc non scire, vel non velle........neque divina scientia humanam lædit libertatem." Siquidem ut auctor est sctus Thom: 1º p: q: 14º art: 16º et q: 2º de veritate art: 14: "Licet causa prima, et universalis sit necessaria, et necessario inferat effectum, ubi tamen causa proxima contingens sit, effectus non necessario evenit, sed contingenter. Effectus enim a causa universali non præscitur, nisi ut eliciendus a causa proxima, eademque præscientia attingit effectuum et causarum, a quibus illi proxime manant, ordinem. Aquinati prælusit sctus Augustinus lib: 5º de Civ: Dei cap: 9º his verbis: non est autem consequens, ut "si Deo certus est omnium ordo causarum, ideo nihil sit in nostræ voluntatis arbitrio. Et ipsæ quippe nostræ voluntates in causarum ordine sunt, qui certus est Deo, eiusque præscientia continetur; quoniam et humanæ

" voluntates humanae quae causae sunt. Atq: ita qui omn rerum causas prae-
" scivit profecto in eis causis etiam nostras voluntates ignor-
" rare n potuit, quas nostrorum operum causas esse praescivit......
" quomodo igit ordo causarum, qui praescienti certus est Deo id ef-
" ficit, ut nihil sit in nostra voluntate cum in ipso causarum
" ordine magnum habeant locum nostrae voluntates.

Hac sacrorum Augustini, et Thomae doctrina n modo suam hois libertatem asserit; verum eius excitat curam et industriam. Secus ex divina praescientiae sistemate elici solet argumentum. Quidquid praescivit Deus erit certissime, nec nostra opus est sollicitudine, ut eveniat. Coesufflabimus infra hunc paralogismum sed interim reponimus deum uterum praescivit futura; ita praescivisse hoim sollertiam, et diligentiam, omniaq: adminicula, quae futuris existentiam collatura sunt. Sicut praescivit messem hoc anno colligendam, ita rusticorum in excolenda tellure praescivit industriam. Qua de re tantum abest, ut divina praescientia hoim studiis officiat, ut ea potius instruet.

Obiicies. Scientia futurorum liberorum nequit cum humana libertate consistere. Id enim qd certo praescitum est certo est futurum. At qd certo futurum est id n contingens, sed necessarium est. Ergo etc.

Respondeo. Liquidem qd certo praescitum certo futurum est; sed certo futurum non est item necessarium. Nam causarum contingentium effectus, quos cernimus certo sunt; n sunt tamen necessarii, quia potuerunt n esse. Itaq: certitudo n idem est ac necessitas: illam involvit praescientiam, n istam.

Urgebis 1.o Quod n pt n evenire est necessarium: sed qd certo praescitum est, certoq: futurum id n pt n evenire. Ergo ex-
re-

Respondet: Quod certo præscitur est id n̄ p̄t n̄ evenire vel li=
bere, vel necessario. Nam si proxima causa sit necessaria necessario
evenit, secus si libera. Ac sane hoīs, quas cernis, actiones —
esse necessarias seperal hoc argūto conficeres. Id n̄ contin=
gens est, sed necessarium q̄d n̄ p̄t n̄ esse: sed quæ cerno non
possunt n̄ esse: ergo sunt necessaria. Utiq: repugnat ut id,
q̄d cernis, dum id cernis n̄ existat; sed falsum est ex eo,
q̄d aliquid cernas id habere causam necessariam........quædam
tamen in eo est necessitas, q̄d futura sint quæ Deus præ=
scivit esse futura: sed hæc est necessitas hypothetica, et conse=
quentiæ, n̄ antecedens, et consequentis. Posita hypothesi
q̄d Deus præsciat aliquid esse futurum, optima est consequen=
tia: ergo id est futurum. Est igitur hic necessitas hypothetica, et
consequentiæ. Sed id, q̄d Deus præscivit esse futurum, tametsi
ut subest divinæ scientiæ, seu facta hypothesi præscientiæ, n̄
possit n̄ esse futurum, p̄t tamen in se, et absolute n̄ esse
futurum, seu n̄ evenire. Quapropter nulla est necessitas ante=
cedens, seu absoluta, reiq: essentialis, et consequentis, idest
rei ipsius, quæ quidem contingens est, si habeat causam
proximam liberam.........itaq: hæc ita complectimur, et
facimus satis adversariis. Quod n̄ p̄t n̄ evenire habita
ratione divinæ scientiæ est necessarium hypothetice. Quod n̄ p̄t
n̄ evenire habita ratione causæ proximæ necessariæ, est

ne=

Lamia Satici

nessarium absolute, seu suapte natura. Quod autem certo præ-
scitum est, certoq: futurum, id n̄ pt̄ n̄ evenire vel libere,
vel nessario. Quod libere eveniat quod nessario pendet
a causa proxima quæ vel libera, vel nessaria est.

Urgebis 1°: futurum liberum a Deo præscitum aut pt̄ n̄ evenire,
atq: adeo certa n̄ est, atq: ineffabilis diṅa scientia: aut n̄
pt̄ n̄ evenire, atq: adeo futurum illud ~~futur~~ liberum n̄ est,
et contingens.

Respondet futurum liberum quatenus subest diṅæ scientiæ n̄
pt̄ n̄ evenire: et consequenti Deus, seu diṅa scientia
falli n̄ pt̄. Sed in se, et absolute pt̄ n̄ evenire: idcirco
contingenter evenit, seu contingens est. Sanctus Thomas q:
2: de verit̄e art: 12: ad 7m. Caterum ex Aquinate q: 2:
„ de verit̄e art: 12: ad 7m Deus cognoscit futurum n̄ ut fu-
„ turum, qua ratione contingens est, et pt̄ n̄ evenire; sed
„ ut præsens, quo quidem pacto determinatum est ad esse.
„ Nam qd est determinate est, nec pt̄ n̄ esse: n̄ tamen se-
„ quitur qd simpliciter dicatur nessarium, nec quod scientia
„ Dei fallatur; sicut et visus meus n̄ fallitur dum video Pe-
„ trum sedere, quamvis hoc sit contingens. Quapropter
fletus Petri post abnegationem est nessarius in mente
diṅa, seu ut subest diṅæ scientiæ; quia tametsi Deus
absolute eum potuerit n̄ scire, ex suppositione ta-
men quod sciverit, nessa est ut sciat, cum ejus scientia
ut et voluntas sit immutabilis: non est tamen neces-
sarius in se, seu in re, sed contingens, et libera a cau-
sa libera prodit: præsertim cum eum ut libere eli-
ciendum inferat diṅa præscientia. Conferatur Sanctus Thom:
1° p: q: 14: art: 13: ad 1m. et q: 1a. de verit̄e art: 12: ad 7m.
de-

" deniq: ñ nullo observat Aquinas ibidem. Primo, hoc qd dico scitum
" ñ importat aliquam dispositionem existentem rei subiecto inhæ=
" rentem. Quum vº importet actum scientis ipsi rei scitæ extrin=
" secum (licet semp sciatur) pt aliquid attribui rei secun=
" dum se qd ñ tribuitur ei inquantum stat sub actu scientis.
" Sicut esse materiale attribuitur lapidi secundum se quod ñ
" tribuitur ei secundum est intelligibilis ...... 2º quamvis sci=
" entia Dei invariabilis sit, et semp eodem modo; tamen di=
" spositio, secundum quam res refertur ad Dei cognitionem inva=
" riabilem, ñ semp eodem se habet ad ipsam. Refertur enim res
" ad Dei cognitionem secundum quod est in sua præsentia=
" litate. Præsentialitas autem rei ñ semp convenit ei. Unde
" res pt accipi cum tali dispositione vel sine ea: et sic per
" consequens pt accipi illo modo, quo refertur ad Dei cogni=
" tionem, vel alio modo;

Cap: 4um

De medio divinæ scientiæ.

Primo. Medium cognitionis duplex est. aliud quippe est medium, quo seu forma, et species impressa quæ cognitionis princi= pium est, ac mentem determinat perfici atq: in actu intelli= gendi constituit. Aliud est medium in quo, cuiusmodi est spe= culum, in quo obiectum cernitur, vel causa, in qua effectus con= tentus cognoscitur, vel obiectum primarium, in quo cognoscitur secundarium.

Secundo medium quo cognitionis divinæ nihil creatum esse pt, sed ipsa tantum divina essentia. Una hæc esse pt species, seu forma intelligibilis. Nam ut inquit sanctus Thom: 1º p: q: 14: art: 5: ad "2um, intellectus est perfectio intelligentis ñ quidem secundum "suam substantiam, sed secundum suam speciem, secundum quam est in.

" in intellectu, ut forma est perfectio ejus". Addit ibid: ad 3.m
intantum enim ipsum intelligere specificatur per objectum suum
inquantum forma intelligibilis est principium intellectualis
operationis. Nam oïs operatio specificatur per formam, quæ
est principium operationis, sicut calefactio per calorem.
Unde per illam formam intelligibilem specificatur actualis ope=
ratio, quæ facit intellectum in actu. Et hæc est species prin=
cipalis intellecti, quæ in Deo nihil est aliud, quam essentia
sua.......unde nō oportet qd intelligere divinum vel po=
tius ipse Deus specificetur per aliud, quam per essentiam
divinam.

5 Quin etiam medium in quo res possibiles a Deo cognoscuntur est ipsa
pariter divina essentia. Ait enim Augustinus lib: 83.um quæstionum
" quæstione 46.a singula propriis sunt creata rationibus. Has
" autem rationes" ubi arbitrandum est esse nisi in mente cre=
" atoris? nō enim extra se quidquam positum intuebatur: nam
" hoc opinari sacrilegum est. Hæc Augustini verba excipit Aqui=
nas 1.a p: q: 14.a art: 4.o ad 1.um" et subjicit: verbum Augustini
" dicentis qd Deus nihil extra se intuetur nō est intelligendum
" quasi" nihil qd sit extra se intueatur; sed quia id qd est
" extra ipsum nō intuetur nisi in seipso". Si modum inquiris,
quo Deus res possibiles sua in essentia considerat manife=
stum est nō eas in hac tanquam in speculo considerare:
nam speculo imagines aliunde imprimuntur; nihil autem
imprimi potest divinæ essentiæ. Qua de re noster Thom: q: 2.a
" De verit: art: 4.o: modus, inquit, quo res oēs sunt in essentia
" divina similior est modo, quo effectus sunt in causa, quam
" modo, quo imagines sunt in speculo". Itaq: in essentia divina
tanquam in causa archetypa, et effectrice res oēs sunt, et
co=

cognoscant: excedit perfectissimum cognoscendi modum, deoq: maxime dignum eum esse, quo res in ipsa sui causa cognoscit: de quo S. Augustinus lib: 4. de Genesi ad litteram capitibus 23. 24. et lib: 11. de Civit: Dei cap: 7.

Quarto. Satis haec sint de medio cognitionis divinae pereo res possibiles. de medio, in quo Deus res futuras cognoscat, pro dicturi res ipsas futuras distinguamus oportet in absolute futuras, et conditionate. De illis primum, deinde de istis disseremus.

Propositio 1a.

Deus non cognoscit futuras voluntatis
determinationes in creatis,
et singillatim in voluntate,
idest nec creatura in genere,
nec speciatim humana voluntas esse per medium
cognitionis divinae.

Primo Deus est ipsa per se sapientia, mens, et ratio suprema spirituum omnium lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum quam omnes intelligentiae contemplant, et in qua tanquam in speculo, et tabella quidquid cognoscunt eadem perspiciunt, quia Deus est cuiusq: entis principium, et archetypus. An est illud praestantissimum se se demittere ad creaturas debet, ut eas consulat, ut earum voluntatis determinationes, agendiq: rationem exploret quo eorum, quae eventura sunt hauriat notitiam: an id divinam decet maiestatem, ut a creaturis suis, inquam creaturis, collustretur et cum cognitio in Deo sit Dei ipsius perfectio, et vita utramq: a creaturis accipiat: haud sane: nihil nisi a se ipso habet Deus, a se suam habet scientiam, uti essentiam: sibi ipse sufficit: sua

sibi

sibi est lux vita et essentia. Creaturae per se se nihil sunt, et tenebrae: hoc autem modo non eas cognoscit deus. Earum entitas, et realitas omnis est dei donum: deus igitur eas tantum tanquam sui opera novit, neq: in iis aliud novit, nisi quod ipse condidit. Si praeteritum novit, id novit, quod iam operatus est: si futurum, quod aliquando operaturus est. Ubiq in rebus nonnisi seipsum videt decreta sua, suasq: operationes: et cum creaturas omnis cognoscat ut eas videt in se ipso, haec tandem cognitio ad sui ipsius cognitionem revocatur.

At inquies deus tamen creaturas cognoscit, earumq: actiones. Haec autem cognitio deum minime dedecet: et si haud aeq: nobilis sit ac cognitio sui ipsius in deo, quandoquidem huius obiectum illius obiecto antecedit...... sed haec argutiola facile revellitur: duo distinguimus obiecta: alterum proximum, et immediatum: alterum mediatum et remotum. Quoties rem aliquam in alia re contemplamur duo haec obiecta distinguamus recte est: quodq: appellamus medium cognitionis est obiectum immediatum. Cum vultum aliquem beneficio speculi intuemur medium visionis est speculum; atq: adeo speculum est immediatum visionis obiectum; est id quod statim video, perque speculum videmus illud, quod speculum repraesentat. Atqui cognitiones nostras metiri debemus habita ratione obiecti proximi et immediati, minime vero mediati. Quidquid videmus speculum videntes ad speculi visionem refertur: pariterq: quidquid se ipsum videns deus videt, refertur ad sui ipsius visionem.

Quaestio est praesertim de voluntatis humanae determinationibus. Ad eas, quod attinet ita ratiocinatur auctor operis actio dei in creaturas.

Lemma 1. Deus non cognoscit actu in voluntate id, quod actu in voluntate non exstat. Nam nihil cognoscere, et non cognoscere id

id quinde est. Ergo nequit actu cognosci in voluntate qd n̄ eidem inest actu ...... itaq: qd in se ipso cognoscitur in se ipso existere neçe est; quodq: cognoscitur in sui causa in ea debet existere eo saltem modo, quo effectus est in causa, nempe aut eminenter, aut virtualiter. Et enim in causa n̄ nihil actus et realitatis, qd respondet effectui: Quod nec in se, nec in causa, nec in effectu est nihil est: quodq: absolute nihil est intelligi nequit ...... hujus propositionis veritas in iis ipsis exemplis se prodit quæ secum invicem pugnare videntur. Deus cognoscit creaturas possibiles, quæ quidem n̄ existunt; sed cum eas sua in essentia cognoscat quæ earum causa est, easq: continet eminenter objectum immediatum cognitionis divinæ actu et realiter existit. Nos ipsi et quidem infinitem corporum minime existentium imaginamur, sed intelligentiæ creatæ cognoscunt quidquid cognoscunt, in Deo, qui et rerum omnium causa, et archetypus, eas eminenter continet. in Universum quidquid in causa cognoscitur actu in causa esse debet: atq: adeo id tantum in voluntate a Deo cognoscitur qd ea actu continet.

Lemma 2m. Dum voluntas consulitur, ut hæc potius, quam alia futura determinatio cognoscatur opus est hanc potius, quam aliam voluntate ipsa contineri: opus est actu in voluntate esse aliquid pro hac potius, quam pro alia determinatione.

Lemma 3m. Priusquam voluntas se se determinet ad movendam manum dextrorsum, aut sinistrorsum nihil in ea est quo huc potius feratur, quam illuc. Non potius hoc quam illud in voluntate est quousq: actu voluntas ipsa hanc exercuerit determinationem: inest tantum voluntati quædam generalis potestas ad oppositas illas determinationes indifferens. Talis est voluntas falleris si in ea aliud quidquam concipias; concipis enim qd minime est, proinde falsa est cognitio, ~~utpote~~ utq: n̄ est objecto cognito consentanea

ad

At si voluntas uti est, cognoscit, non potest in ea sic constituta cognoscere actu aliquid pro ista futura determinatione potius quam pro alia, quia actu id in ea non est.
Ex tribus his propositionibus ejusmodi conficitur demonstratio.
Demonstratio. Dum voluntas exploratur ad cognoscendam actu istam potius quam illam determinationem futuram, necessum est ut actu in ea sit aliquid reale pro ista determinatione potius quam pro illa: quandoquidem non potest actu in voluntate cognosci nisi id, quod actu reale in voluntate est. Ergo si haec prae alia in voluntate cognoscitur futura determinatio oportet in voluntate esse actu aliquid pro hac potius determinatione quam pro alia. Atqui quantum ad determinationem, quae de agitur, idest motionem manens ad istud, aut ad illud latus priusquam voluntas se se determinaverit non potest in illius exploratione cognosci hanc praecise determinationem esse futuram. Hoc erat demonstrandum.
Obiicies 1º Omnipotentia, providentia, justitia, misericordia, creaturas immediate respiciunt. Quidni etiam divina scientia? accedit quod Deus cognoscere debet creaturas omni modo, quo possunt cognosci: ergo eas, et in propria essentia, et in se ipsis cognoscit.
Respondeo Omnipotentia etc comparantur ad terminum ut illi perfectionem tribuentes nimirum tanquam causa ad effectum etc.
At cognitio respicit obiectum immediatum ut sui mensuram, et species ab eodem accipiens. Ceterum asserere utique possumus omnipotentiam etc per se primo respicere ens divinum, et secundario ens creatum.
Quod addis verum est de modo cognitionis, qui perfectissimus sit, Deoque dignus.
Obiicies 2º tametsi mens creata sit finita, illud tamen quod hoc in statu verum ~~[illegible]~~ sunt facturi coniecturis assequimur: er-

ergo cum Deus voluntates hominum sese comprehendat, dijudicare potest quid ea sint praestitura.

Respondeo ea, quam de futuris hominum actionibus haurimus notitia nimium incerta est, ac saepe falsa; divina vero scientia infallibilis esse debet et certa. Dubitatio, opinatio, et coniectatio supremam dedecent veritatem. Itaque certa ut adstruatur scientia certo opus est medio. Si medium est incertum eo vel magis cognitio, ut fert axioma: propter quod unumquodque tale, et illud magis: neque enim effectus excedit causam. Atqui voluntas humana non est medium infallibile, ac certum, quo haec potius, quam illa determinatio futura dignosci possit. Quin etiam quasdam futuras sensu voluntatis determinationes, quarum nulla nobis suppetit coniectura, et probabilitas: v.g. an ille, qui ad aliquem finem contendit, electurus sit hoc potius medium quam aliud, dum media se se eodem offerunt omnino aequalia. Etiamsi homo viator penes omnes actiones suas vera libertate veraque polleat indifferentia; attamen penes nonnullas eiusmodi est electio mediorum aequalium multo magis in aequilibrio ergo vel posito praesenti hominum statu. Ecquibus quibusnam conjecturis cognosci possit voluntatem se determinaturam ad movendam dextrorsum potius, quam sinistrorsum manum, cum nulla sit in voluntate propensio ad unum latus potius, quam ad alterum. Duo haec media sunt prorsus aequalia. Quum ea se voluntati offerant ut aequalia offerunt. In voluntate nec plus nec minus est sive pro hac, sive pro illa parte. Ubi haec voluntas inspiciatur eodem plane iure di-

dici pt se determinaturã ad lævam, ac ad dexteram. Quod si æqualia sunt momenta temere assereret eam istud potius, quam aliud electuram. Suprema igit ratio in quam nullum cadere pt vitium nihil in hac voluntë reperit quo fiat ut vel ff conjecturam cognosci possit eum se ad hanc potius, quam ad illam actionem fore determinaturam. Deniq: conjecturalis cognitio infinita menti convenire ñ pt.

Objicies 3o. sctus Thom: lib: 1: contra gentes cap: 67: inquit: sicut ex causa necessaria sequit effectus certitudinaliter, ita ex causa contingente completa nisi impediat. Ergo in voluntë ñ impedita cognosci possunt determinatus futura

Respondet. sctus Thomas loquit de causa ñ libera, sed nãrali ut est arbor, quæ suapte quidem nãrã ad promendos fructus determinata est, sed impediri pt, atq: adeo causis contingentibus um, sed etiam ea, quib possunt impediri. Scit igit per certitudinem an contingentia sint, vel non sint, at voluntas fortune nãrã ad eligendum istud pra alio ut si ñ impediat certo cognosci possit eam istud esse electuram.

Objicies 4o in voluntë cognosci pt ut futurum qd futurum est: atqui l. g. consensus in voluntate Petri futuri est. Extitit enim consensus ille atq: adeo ab oï æternitë verum fuit Petrum consensurum esse Divæ vocationi, et pœnitentiam acturum. Qua de re Augustinus lib: 26: contra Faustum cap: 4: inquit: "tam ñ possunt futura ñ fieri, quam ñ fuisse facta "præterita, et Anselmus lib: de concordia præscientiæ, et "prædestinationis cap: 2: ....rem futuram nessë est esse "futuram, quoniam futurum esse nequit, et ñ futurum."

Respondet. facti, et futuri nulla esse pt certa cognitio ubi non sit causa determinata, quæ quidem nulla est in

in hypothesi. Ex eo qd consensus sit futurus sane fuit, sed n̄ sine causa, eaq: determinata. At voluntas per se sesse indifferens. Augustinus et Anselmus divinā volunt̄em supponunt, quæ sit futuritionis caussa: si mihi (addit Augusti-
„ nus ibidem) dicatur posse fieri, ut caro hoīs hoīs in corpus
„ caleste mutetur concedo fieri posse; sed utrum futurum sit
„ nescio: et ideo nescio quia quid habeat de hac re divina
„ voluntas me latet: illud me tamen n̄ latet sine dubio fu-
„ turum si hoc dei voluntas habet.

Obiicies 3.° hæ duæ propōes de „futuro contingente; Petrus consentiet, Petrus n̄ consentiet sunt contradictoriæ. Quæ propōes contradictoriæ sunt earum una esse debet vera, altera falsa. Ergo futuræ voluntatis determinationes suas in se ipsis habent objectivam veritem, et p consequens certo cognosci possunt: deinde hæc disjunctiva: Petrus consentiet, vel non consentiet semper et nessario vera est. Ergo aliqua pars est determinate vera quia veritas propositionis disjunctivæ requirit veritem unius partis.

Respondetur. si propōes illæ contradictoriæ sunt ejusmodi ut ante omnē divinā, et humā voluntatis determinationem, altera vera sit, altera falsa nessario. Tum vō actum erit de libertē. Sed distinguendum. Quæ propōes contradictoriæ sunt de futuro nessario, in quib. est intrinseca veritis basis idem nessaria connexio prædicati cum subjecto earum una semper est determinate vera, altera falsa: secus si propōes sint de futuro contingente: tum quippe nulla earum determinatam habet futuritionem, vel n̄ futuritionem sed eam accipit a divinā volunt̄e: secus Thom: 1 periermenias
„lectiō 13.° „in præteritis, et præsentib. nessē est q altera

„ oppositarū determinate sit vera, altera falsa in qua=
„ cumq: materia, sive necessaria, sive contingenti. Sed in
„ singularib, quæ sunt de futuro hoc n̄ est necesse, quod
„ una determinate sit vera, et altera falsa.; Et hoc qui-
dem dicit quantū ad materiā contingentē. Ast propōes
ista Petrus consentiet, Petrus n̄ consentiet sunt de futu=
ro contingente: quantū ad eas attinet lex contradictionis n̄
hæc est ut semꝑ altera sit determinate vera, altera falsa;
sed si una est vera, altera sit falsa ante determinationem
causæ liberæ veritas, ac falsitas vage, atq; indeterminate iis
tantū convenit.......q̄d subiicit de disiunctiva nihil
valet. Nam ex eo, q̄d disiunctiva ex duab contradictoriis
conflata semꝑ sit necessaria non sequit aliquam partem
esse determinate necessariam: ergo ex eo, q̄d semꝑ sit neces=
sario vera n̄ sequit aliquam eius partē esse semꝑ deter=
minate verā. Ac sane ut disiunctiva semꝑ vera sit satis est,
si eius partes simul esse nequeant: id quod necessario facit
contradictio. At veritas determinata unius partis præ alia
pendet ex determinatione causæ contingentis, vel liberæ.

Propō 2ª

Deus n̄ cognoscit futura
contingentia in æternitē, cui
coëxistunt nisi accedant decreta
prædefinientia.

Venire cuipiā in mentē posset Deum ab oī æternitē co=
gnoscere in ipsa creatura hanc potius determinationē quā
aliā, quia hæc determinatio iam penes Deum existit, atque
adeo eam ut sibi præsentē cognoscit: Quandoquidē inquius
diūa æternitas aliter se habet ac tempus. Nihil in ea
ant=

anterius est, nihil posterius, cum punctum indivisibile sit, omnia complectatur tempora. Omnia eidem sunt praesentia. Nihil igitur futurum est penes Deum: sed hujus aeternae praesentiae, aeternaeque omnium entium praeteritorum, ac futurorum coëxistentiae ope Deus omnes cognoscit futuras determinationes, easque sua in aeternitate intuetur.

Quidem Sanctus Thomas ut futurorum cognitionem Deo asserat ad eorum in aeternitate praesentiam saepe numero confugit. Variis de causis eum eo confugium se recepisse tradit Cardinalis Gothi. Primo ut ostenderet duobus modis a Deo futura certo cognosci, nimirum in se ipso, ut est eorum causa, et in aeternitate ut eorum mensura. Secundo ut ostenderet divinam futurorum cognitionem non modo certam esse, sed claram etiam, atque intuitivam qua quidem res ante praesentes videntur. Tertio ut ostenderet divinam scientiam ut ut infallibilem non obesse contingentiae, quia futura prospicit ut iam praesentia. Quarto ut ostenderet Deum ea non cognoscere secundum esse contingens, et indeterminatum quod habeat in suis causis proximis, sed secundum esse determinatum quod habent in Deo ipso, ut inde inferret cognitionem divinam non esse coniecturalem, sed certam, et infallibilem. Tandem addit eminentissimus auctor: porro hoc pro comperto habendum est, quod decretum dei efficax sicut est radix, ut suo tempore res ponantur in esse ita consequenter est radix, ut ponantur, et sint aeternitati praesentes. Quapropter decretum est praecipuum fundamentum, ut deus utroque modo illa cognoscat, nempe in se ipso, ut in causa, et in se ipsis, ut sunt in aeternitate praesentes: quod prae oculis habendum est.

Idem illustrat auctor ope actio Dei in creaturas. Ponamus de-

determinationem Petri ab omni aeternitate penes Deum existere: imo ponamus eam non modo penes Deum existere, sed etiam in se ipsa. Haec igitur determinatio existit, existit quoque Deus ille ut eam Deus cognoscat admoneri debet determinationem, quae existit esse determinationem ad sedendum, determinationem vero ad ambulandum non existere. Sed quonam modo Deus hujus rei admoneri potest: cum praesens nobis est objectum, ejus admonemur, aut per species intentionales, quae ab objecto resiliunt, nobisque adhaerescunt; aut ut alii volunt per globulos lucis qui subeant, et permeant oculos, et quorum occasione Deus ipse animo imprimit sensationem. Sola pariter alicujus entis praesentia non facit ut intelligentia ejusdem praesentiae admoneatur. Etsi anima Petri Angelus Deus ipse sit animae Pauli praesens, haec substantialis praesentia in causa esse nequit cur Paulus quod in anima Petri geritur cognoscat, Deumque videat, et Angelum, sunt enim entia inter se distincta, atque adeo substantialis praesentia nullam invehit communicationem. Praesentia est ipsa eorum existentia: existunt autem seiunctim: quo fit, ut nulla oriatur ex praesentia substantiali communicatio. Quod si praesentia substantialis nullam inter duo entia communicationem parit nequidem haec intererit, nisi unum agat in aliud. Nam si qua est communicatio vel ex ipsa entis substantia, vel ex ejus operatione repetitur. Itaque ut Deus admoneatur praesentiae ejusmodi determinationem necesse est, ut aut in illas Deus agat; aut in Deum illa .... Deus porro nihil in istas agit determinationes, si Phisica praemotio excludatur. Nam si concursus Dei Phisicus non est, et praedeterminans voluntas ergo se se prius determinet. Ista voluntatis determinatio Dei concursum arcessit, incipit, o=

operiq: adnovet om̄. itaq: voluntatis determinatio dei prævertit operatnes. Oportet igit a Deo hanc cognosci operatnem, ubi primum ea determinat, ac prævertit Dei auxilium. Neq: vō eam cognoscit, qd in eam agat: siquidem eam debet cognoscere, ubi primum divinam operatnem prævertit. Quod si Deus n̄ cognoscit voluntis creatæ determinatnes, qd in eam agat, necessario sequit Deum illas cognoscere (horrendum dictu) quod illa in Deum ipsum agant. Ergo Deus suam illis debet scientiam. Itaq: qui inficiant creaturam a Deo Phisice determinari, fateant oportet creaturam ipsam sui cognitionem Deo conferre ꝑ determinatnem Phisicam. Monstrum!

Propō 9a

Deus sua in essentia non cognoscit determinatnes futuras creatæ voluntatis.

Existimari posset essentiam divinam esse posse medium in quo Deus futuras determinatnes cognoscat. Eas, inquies, non in se ipsis quidem, sed in sua cognoscit essentia. Hæc est immensa, infinita, omiaq: repræsentat entia, atque inter cetera voluntatem Pauli, et futuras hujus voluntatis determinatnes. Ergo hæc Deus sua in essentia cognoscit. At primo Deus sua in essentia videre id, qd in ea est pōt qd in ea n̄ est n̄ pōt. Verum in voluntate creata ex eo qd in divinâ essentia sui principio, et archetypo sit, nulla tamen est determinatio ad istud potius, quam ad illud. Nam divinā essentia voluntem repræsentat uti facultem æqualem, atq: in æquilibrio pro hac determinatne, ac pro opposita; cumq: eam ita videat Deus eam videt ut indifferentem, atq: indeterminatam.

Secundo. Ponamus voluntatem Petri et voluntatem Pauli esse prorsus aequales, itaq: a divina essentia representari, idest ut iisdem amoribus, praeparationibus, propensionibus, affectus, et in iisdem circumstantiis utramq: in eo positam, ut manum moveat utramq: in eadem indifferentia ad manum huc, aut illuc movendam. In hac perfecta aequalitate evenit nihilominus ut earum voluntatum altera se se determinet ad manum istuc movendam, altera illuc: quod fieri potest, et reapse contingit: Ego vero aio Deum non posse determinationis discrimen per voluntates cognoscere, sive voluntatem in eadem ipsa, sive sua in essentia cognoscat. Demonstratio. Deus non potest cognoscere in duabus illis voluntatibus discrimen determinationem per medium quo ut omnia aequales representantur. Atqui voluntates sive in se, sive in essentia divina cognitae representantur ut omnino aequales. Ergo Deus per ejusmodi medium nequit futurarum determinationum discrimen cognoscere.

Tertio. Si Deus sua in essentia voluntatem videt determinatam ea aut a se ipsa, aut a divina essentia determinata est. Nihil est medium, nisi decretum arbitrarium, et praedeterminans. Si voluntas a divina essentia determinatur determinatio ipsa libera non est, nec voluntas indifferens. Quidquid enim a divina essentia ad unum aliquid determinatur tam fixum, et immutabile est, quam ipsa divina essentia: neq: esse aliter potest aut perire, quin divina pereat, et mutetur essentia. .... Observandum obiter ejusmodi non esse determinationes a divino decreto manantes. Divina decreta sunt arbitraria. Nam Deus uti decernere potuit motum manus meae erga hoc latus, ita potuit eum erga aliud latus decernere. Libera hic divinae providentiae decreta

tan=

tantum abest, ut libertatem meam constringant, ut ex adverso supponant eodem ipso articulo, quo Deus decretum condit de motu manus meae ad dexteram veram inesse voluntati meae potestatem intimam, ac phisicam illam movendi ad laevum latus. Quam vero supponunt potestatem decreta determinantia conservat Deus dum determinat...... quod si voluntatem non ipsa divina essentia determinat, suam igitur determinationem sibi tribuit voluntas. Ergo Deus non videt in essentia sua determinationem, sed in eo, quod a creatura adjicitur. Quocirca Deus sua sane in essentia videbit voluntatem creatam, sed non videbit nisi voluntatem ipsam seu ejus determinationem.

Objicies. Essentia divina, quamvis non sit determinationis futurae causa, eam tamen repraesentare potest, quatenus est idea futurorum, et quidem infinita. Idcirco sanctus Thom: 1a p. q: 14: art: 10: asserit Deum futura contingentia cognoscere, quia haec illi praesentia sunt, et in ideis, et in aeternitate.

Respondeo. Divina essentia futurorum quidem idea est, sed ante decretum est idea habitu et indeterminate post decretum actu, et determinate. Ea igitur, quae ex divinae voluntatis proposito eventura sunt post decretum repraesentat actu, et determinate, secus ante decretum. Ita sanctus Thomas q: 3: de verit: art: 6: Est autem divina essentia in repraesentando infinita, sed vera: atque adeo quum nihil contingens sit futurum ante decretum illud ut futurum non repraesentat. Attamen vel ante decretum est infinita, quia ante decretum quidquid repraesentabile est repraesentat. Nam quod non repraesentet futurum, id non ex repraesentationis, sed ex objecti defectu

pe-

perendus est. qd cum nondus sit repræsentari ñ potest.
Equidem ex duplici præsentia obiectiva in ideis, physica
in æternitate, colligit sequ: Thom: duplici modo futura a
deo cognosci. Sed de ideis loquit̃ p voluntatis suæ pro=
positus determinatis. De verus præsentia in æternitate
iam disputavimus.

Propõ 15:
Deus ñ cognoscit determinationes
futuras in decretis vel futuris,
vel indifferentib̃,
seu non prædeterminantib̃.

Pmã pars. Voluntas dinã ante decretus vel est indifferens:
atq: adeo nequit in ea certo, et determinate cognosci decretus,
ut futurus potius, quam ñ futurus: vel est determinata,
et posito ea ne sit nessario determinata, ac libere: si
pmũm: ergo ejus decreta ñ libera sunt, sed nessaria. Si
posterius: ergo est determinata p propositum sui ipsius,
seu p decretus. Rursus hoc decretus vel prædeterminans
est, vel indifferens. Si pmũm sibi velint se ipsos confodiunt
adversarii: si alterus; ergo Deus nihil in eo certo, et deter=
minate cognoscit: nam in medio indifferente ñ pot aliquid
determinate cognosci.
At inquies: Deus antequas quidpias decerneret novit quid
decreturus foret: ergo potuit futura in futuro decreto co=
gnoscere. Neq: võ ambigendus quin Deus ante decretum
noverit quidquid ante decretus erat verus: verum autes
erat dinam voluntem fore decreturas, uti erat falsus eam
ñ fore decreturas... futilis argutatio. Nihil in Deo prius,
nihil posterius, quamobres de prædestinatre inquit sequ
Thor:

" Thomas q. 6.a de verite art. 3. ad decimum. Actus prade-
" stinationis cum mensuretur æternitate nunquam cadit in
" præteritum, sicut nunquam est futurum. Si quid in Deo ut
prius aut ut posterius apprehendimus, id ex connotatis oritur,
atque ex nostro concipiendi modo. Nullum igitur in Deo esse
potest decretum futurum: sed quum aliquid ante decretum,
vel post decretum ponimus significamus tantum nostrarum
cogitationum seriem. Ita prorsus quum decreta divina ordi-
namus proinde ac alterum alteri procedat, id nostro tantum
inest in animo, qui ad connotata potius respicit, quam
ad ipsum decretum. Ex quo liquet nullam de futuro li-
bero propositionem ante decretum esse determinate veram,
aut falsam cum ante decretum nec futurum sit deter-
minate, nec non futurum proprius objectum.

Secunda pars. Nequit Deus futuras determinationes cognoscere
in decretis non prædeterminantibus. Nam primo ibi videri
nequit res, ubi non est. Atqui determinatio futura in de-
creto non prædeterminante non est: quod ex idea decreti non
prædeterminantis constat, atque ita demonstratur. Decreto
non prædeterminante Deus non vult operari determi-
nationem in voluntate, aut per voluntatem. sed cum voluntate con-
currere ubi sciat voluntatem sese determinaturam
esse. At hoc decretum non facit, ut Deus videat an voluntas
se ipsam determinatura sit nec ne: neque enim in se ipso
voluntatis continet determinationem, sed supponit; imo
eam supponit cognitam; quandoquidem Deus nobiscum non
concurrit, nisi cum videt voluntatem nostram se deter-
minare. Ergo istud nequit esse medium, per quod eam Deus
cognoscat.........2.o decreta, quæ Deus ab omni ævo condidit,

et

et auxilia, quæ in tempore largitr hoc uno discrepant,
qd dum decernit, vult aliquando operari; dum adjuvat
operari actu vult. Essentialis igitr interest inter decreta,
et auxilia relatio, adeo ut si physica, et prædeterminan-
tia sint auxilia, aut ex adverso talia sint et decreta.
Atqui gratia versatilis, et concursus concomitans nos mi-
nime faciv de futura determinatne certiores. Ergo neq:
decreta n̄ prædeterminantia. Gratiā illam, et concursū
nihil afferre certi facile conficimus. Quod voluntē in sua
erga hanc, illamve determinatnem æqualitē relinquit
indicare nequit determinationē futurā. Nam qd in
medio n̄ est, in eo videri n̄ pt. In ea vō æqualitate
voluntem relinquit gratia versatilis, et concursus conco-
mitans. Hic sane concursus æque ad oēs determinationes
paratus est: voluntatis est se se determinare. Gratia ver-
satilis ex eo qd versatilis est non inflectit, ac desicit æquili-
brium voluntatis. Ergo in his auxiliis æqualitem relinquen-
tibus videri nequit voluntatis determinatio ...... qi ... ,
et data occasione ostendimus dari n̄ posse concursū tan-
tummodo concomitantē. Deus hoc nos donat concursu eo
ipso articulo, quo videt voluntem creatā se ad aliquid
potius, quam ad aliud determinare. Debet ergo cognoscere
præsentē hanc determinationē priusquā ita concurrat. Neq:
enim cæco modo concurrit, sed explorandū illi est ad bonū
ne, an ad malū concurrat ex. Atqui in hac hypothesi im-
possibile est determinationē hanc a Deo cognosci. Id autē
dici ponet absurdū, quia si Deus antequā concurrat hanc
cognoscit determinatnē, ea igitr est, et sine Deo est hoc
ipso instanti. Si sine Deo est hoc instanti poterā Dei
ne-

auxilium subinde praesto est. Nam quid agat? an praesto est ut illam postquam producta est producat? sed dimittimus absurdités, atque errorem contrahimus ad divinam scientiam. Prodeat utique a voluntate determinatio, et praesens sit: eam tamen deus non potest cognoscere, quod quidem requiritur, ut illico suum impertiat concursum. Haec determinatio eo momento, quo concursum dicit gratia, accessit atque in causa est, ut deus concurrat, debet esse sine hoc concursu, pariterque sine ulla, quod ad deum attinet operatione. Porro, ut ostendimus supra, quae determinatio sine Deo fit eius admoneri deus non potest; sola autem realis et substantialis huius determinationis praesentia non sufficit, ut a Deo cognoscatur. Ergo numquam Deus hanc voluntatis determinationem quae ad concurrendum provocet cogniturus est. Ergo concursus, qui sit dumtaxat concomitans est impossibilis. Ergo et impossibile est decretum, ac propositum hominem hoc concursu adjuvandi........ etc. Nec refert, si huic concursui adjungas collectionem, et seriem circumstantiarum, in quibus posita voluntas humana, et concursu concomitante adjuta isto, aut illo separat modo. Circumstantiarum cumbinatio perinde ac concursus ille nihil valet. Collocentur duo homines iisdem in circumstantiis: idem capiant consilium movendi manum. Alter ad dexteram, alter ad laevum latus movebit eam. Qui fiat, ut ex circumstantiis, quae pares sunt Deus cognoscat manum ab altero ad dexteram, ab altero ad sinistrum latus motum iri? rursus ubi aliquid non est, ibi non videtur. Non videtur determinatio in eo, quod minime determinans est. Haec autem circumstantiis naturalitatis sunt determinantes. Ac ne harum circumstantiarum na-

naturā, et character fucum nobis faciat, aut illæ in vo=
luntatem influunt, eamq; ad hanc potius, quam ad illam
determinationem excitant; vel ōio nihil agunt in voluntatem.
Si postremum nihil sunt penes eius determinationes, atq;
adeo ineptæ sunt ad eius cognitionem gignendam. Si eam ex=
citant ad se determinandum, in eamq; immittunt illecebras;
aut huiusmodi illecebræ per se se vim habent, qua fiat ut
voluntas ita se determinet, aut n̄ habent. Si eam ha=
bent n̄ eæ sunt illecebræ congruæ, sed id, qđ delectatio
victrix, et indeliberata appellatur, aut gratia efficax per
se se. Huc vō n̄ respicit oratio nostra. In hypothesi
quam brefellinus hæ illecebræ n̄ faciunt, ut voluntas
infallibiliter se determinet, sed voluntatem in ancipiti re=
linquunt penes determinationem suam. Itaq; deus non ideo
videt voluntatem se ad aliquid esse determinaturam, qđ illas
exploret illecebras. Ergo congruismi illecebræ non sunt
medium illud, in quo deus possit futuras determinationes
cognoscere.

Propositio 5.

Deus cognoscit futuras voluntatis
determinationes in decretis suis
prædeterminantibus.

Ea, quæ hactenus proposita sunt si colligantur satis superq;
decretorum prædeterminantium, atq; auxiliorum efficacium de=
monstrant necessitatem. Liquidem ubi medium cognitionis divinæ inquiritur.
Primō. Aut deus futuras liberarum voluntatum determinationes
cognoscit per id, qđ est, aut per id, qđ n̄ est, ut cognitionis me=
dium sit nihil. Non cognoscit per id, qđ n̄ est: ergo per id qđ est
si eas deus cognoscit per id qđ est cognoscit per eas creans, aut
per

per increatum, Deum nempe, aut creaturas. Deus non eas cognoscit per creaturas: id est Deo indignum, et per se impossibile est. Non eas cognoscit in voluntate creata, nec in se ipsis eo quod aeternitati coëxistant. Ergo Deus non per medium aliud, quam per se ipsum cognoscit determinationes futuras. Si eas Deus per se ipsum cognoscit aut cognoscit in suis decretis, aut in sua essentia, idest aut in eo, quod est necessario, aut in eo, quod libere vult. Non cognoscit in sua essentia. Ergo cognoscit in suis decretis. Quod si cognoscit in suis decretis, aut in decretis praedeterminantibus, aut in non praedeterminantibus. Non in his, ergo in illis.

Itaque necesse est, ut in Deo cognoscamus decreta praedeterminantia, in quibus determinationes liberas voluntatis creatae, futurosque eventus omnes inspiciat.

Secundo autem non possunt decreta praedeterminantia admitti, quin admittantur auxilia efficacia, et praedeterminantia. Nam ex horum omnium sententia vera, ac nativa interest inter decreta, et auxilia relatio. Auxilia sunt ipsa decretorum executio. Decreta sunt auxiliorum praeparatio. Suis Deus auxiliis facere actu vult quod ab omni aeternitate facere decrevit, et vult facere actu ita ut decrevit ab omni aeternitate. Ergo si Deus videt determinationes futuras voluntatis creatae in decretis suis praedeterminantibus; si videt v. g. a Petro motum iri manum hac potius, quam illac, quia decrevit facere, ut ille se determinet ad movendam manum hac potius quam illac; sequitur extare auxilia efficacia, et praedeterminantia, quorum virtute liberas determinationes suas operetur voluntas. Quod erat demonstrandum.

Tertio hoc unum est reliquum, ut animadvertamus id pertinere

ad

ad oẽ genus determinationum voluntis; ad eas etiam, in quibꝫ inest defectus, et peccatum ac n̄ tantum ad determinationes virtutis notis insignes. Cæterum cum peccatum sit defectus, et nihil, illud Deus nequaquam operatꝫ. Nec putandum peccatum a Deo cognosci qd operetꝫ peccatum, ejusq: sit causa. Neque vò eodem illud modo cognoscit, quo cognoscit entia. Nihil per se perceptibile n̄ est: nihil et privatio cognoscitꝫ tantum p ens. Itaq: Deus totum ens, qd in voluntatis nostræ determinationibꝫ est perspiciens cognoscit p consequens si quid iis desit, in iisq: desideratꝫ, ut tales sint, quales deberent esse. Sed n̄ cognoscit ens hujusmodi determinationum, nisi quatenus illud vult efficere, et defectum, nisi quatenus eum permittit.

Objicies. Nullo posito decreto, positaq: tantum carentia existentiæ nunc, et existentia postea habenda habetꝫ futurum. Præterea præteritio rei n̄ sumitꝫ ex decreto: ergo neq: ejus futuritio. Ergo decreto opus n̄ est, ut futurum cognoscatꝫ.

Respondetꝫ existentia postea habenda nihil est aliud, quam rei suapte naturâ indifferentis determinatio ad existendum, quæ rei extrinseca est, et a divô decreto pendet tanquam
" a causa. Illud qd nunc est (inquit sanctꝫ Thom. 1ª. p. q. 16. art.
" 7. ad 3.m) ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa
" sua erat ut fieret: unde sublata causa n̄ esset futurum illud
" fieri. Sola autem causa prima est æterna. Unde ex hoc n̄ sequitꝫ,
" qd ea, quæ sunt semp fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura, quæ quidem
" causa solus Deus est....... Quod additꝫ vanum est. Nam præ"teritio, quam futuritio sumitꝫ a decreto comparate ad diversas durationis differentias. Idcirco aliquid est futurum, præsens, præteritum, quia Deus voluit.

capi:

147

Cap: 3us

De scientia media.

Paragraphus 1us

De scientiæ mediæ characteribus

Primo. Scientia media propterea excogitata est, ut decreta prædeterminantia præmotio phisica et gratia per se se efficax obliterarentur. Iisdem illis quasi machinis humanam libertatem subrui, atque indifferentiam cum auxilio, quod per se se voluntatem infallibiliter flecteret conciliari minime posse falso creditum est. Rejecto id genus auxilio sola est, quod subinde admittitur, et vel eo posito incertum quod sit, sitne voluntas se ipsam determinatura an secus. Itaque quid eventurum sit cognoscatur haud satis si Deus velit, et statuat hoc auxilium largiri; quandoquidem etiamsi ipsum largiatur dubius adhuc est eventus, atque adeo per aliud medium debet cognoscere quænam futura sit voluntatis determinatio, si eo donetur auxilio. Illud autem medium est aut voluntas creata, quam Deus cognoscit in eadem ipsa, aut determinatio voluntatis æternitati coëxistens, aut quod quopiam aliud ~~decreto~~ medium diversum a decreto, quo se Deus determinat dotu, et libere ad prædeterminantis auxilii largitionem. Ergo ut in hac hypothesi certo cognoscatur voluntatem hac occasione ad hanc bonam actionem se se determinaturam esse non modo necessum est ut Deus cognoscat velle se auxilium seu ad eam exerendam conferre, sed ut etiam cognoscat fore ut voluntas velit se ad hanc actionem determinare cum fuerit hoc auxilio instructa. Existimant ergo Deus ab omni æternitate ante decreti cujuspiam erga creaturas conditionem cognoscere quidquid unaquæque voluntas

qua=

opravis loci, temporis occasione ex-posito hoc auxilio fa=
ctura sit. Hac autem cognitio putant voluntatem divinam dirigere
ad condendum decretum. Quapropter in hac hypothesi Deus scit
ab omni aeternitate priusquam aliquid decernat voluntatem Petri
peccaturam, si ea in hoc rerum concursu cum hoc auxilio
constituatur; et voluntatem Pauli, quae omnino voluntati Petri persi=
milis est bene operaturam esse, si eadem fuerit in occasione
eadem auxilio praedita....... hujus cognitionis gratia Deus
decernit quod magis libet. Vult v.g. collocare voluntatem Petri
praecisa in occasione, in qua eam scit peccaturam, sic cum
hoc auxilio collocem, ac non vult collocare voluntatem Pauli
in occasione, in qua eam scit recte operaturam, sic ibidem
hoc illi praesto sit auxilium.

Secundo hoc Dei scientia, quae ante decretum admittitur differt
a scientia simplicis intelligentiae, et scientia visionis; proinde
appellatur scientia media........ea differt a scientia simpli=
cis intelligentiae, quia per scientiam simplicis intelligentiae
Deus id tantummodo videt quod facere possunt creaturae:
per scientiam mediam id quod facient videt; non id quidem, quod
absolute facient, sed conditionate, idest id quod facient in
hypothesi semel ac collocentur in tali occasione, et tali auxilio
donentur......ea differt a scientia visionis, quia per istam
ut aiunt hujus systematis auctores Deus dum decernit cre=
aturas in his occasionibus cum hoc auxilio collocare, id sane
videt quod ab iis acta, et absolute patrabuntur; atque adeo haec
scientia nititur Dei decreto, illudque complectitur: contra sci=
entia media nec continet, nec supponit decretum ali=
quod actuale quod Deus condiderit; sed per eam id duntaxat
cognoscit, quod creaturae facturae sunt conditionate, idest quod
fa=

147

Cap: 3us

De scientia media.

Paragraphus 1us

De scientiae mediae characteribus.

Primo. Scientia media propterea excogitata est, ut decreta praedeterminantia praemotio physica et gratia per se se efficax obliterarentur. Quibus illis quasi machinis humanam libertatem subrui, atque indifferentiam cum auxilio, quod per se se voluntatem infallibiliter flecteret conciliari minime posse falso creditum est. Rejecto id genus auxilio satis est, quod subinde admittitur, ut vel eo posito incertum per se sit, sitne voluntas se ipsam determinatura an secus. Itaque quid eventurum sit cognoscatur haud satis si deus velit, et statuat hoc auxilium largiri; quandoquidem etiamsi ipsum largiatur dubius adhuc est eventus, atque adeo per aliud medium debet cognoscere quaenam futura sit voluntatis determinatio, si eo donetur auxilio. Illud autem medium est aut voluntas creata, quam deus cognoscit in eadem ipsa, aut determinatio voluntatis aeternitati coëxistens, aut quodpiam aliud medium diversum a decreto, quo se deus determinat dotu, et libere ad praedeterminantis auxilii largitionem. Ergo ut in hac hypothesi certo cognoscat voluntatem hac occasione ad hanc bonam actionem se se determinaturam esse non modo necessum est ut deus cognoscat velle se auxilium verum ad eam exercendam conferre, sed ut etiam cognoscat fore ut voluntas velit se ad hanc actionem determinare cum fuerit hoc auxilio instructa. Existimatur ergo deus ab omni aeternitate ante decreti cuiuspiam erga creaturas conditionem cognoscere quidquid unaquaeque voluntas

qua=

qravis loci, temporis occasione ex-posito hoc auxilio fa=
ctura sit. Hac autē cognitio putaq voluntēs divinam dirigere
ad condendū decretū. Quapropter in hac hypothesi Deus scit
ab ōi æternitē priusquā aliquid decernat voluntatē Petri
peccaturā, si ea in hoc rerū concursu cum hoc auxilio
constituatq; et voluntatem Pauli, quæ ōio voluntati Petri persi=
milis est bene operaturā esse, si eadē fuerit in occasione
eadē auxilio prædita........ huius cognitionis gratia Deus
decernit qd magis libet. Vult v.g. collocare voluntatē Petri
præcisa in occasione, in qua eam scit peccaturā, sic cum
hoc auxilio collocetq, ac n̄ vult collocare voluntatē Pauli
in occasione, in qua eam scit recte operaturā, sic ibidē
hoc illi præsto sit auxiliū.

Scimado hac Dei scientia, quæ ante decretū adstruitq differt
a scientia simplicis intelligentiæ, et scientia visionis; proinde
appellatq scientia media........ea differt a scientia simpli=
cis intelligentiæ, quia p scientiā simplicis intelligentiæ
Deus id tantummodo videt qd facere possent creaturæ:
p scientiā mediā id qd facient videt; n̄ id quidē, quod
absolute facient, sed conditionate, idest id qd facient in
hypothesi semel ac collocentq in tali occasione, et tali auxilio
donentq........ea differt a scientia visionis, quia p istā
ut aiunt huius sistematis auctores Deus dum decernit cre=
aturas in his occasionibq cum hoc auxilio collocare, id sane
videt qd ab iis acta, et absolute patrabit; atq: adeo hæc
scientia nititq Dei decreto, illudq: complectitq: contra sci=
entia media nec continet, nec supponit decretū ali=
quod actuale qd Deus condiderit; sed p eam id duntaxat
cognoscit, qd creaturæ facturæ sunt conditionate, idest qd
fa=

facturæ sunt in hypothesi, nimirum in his occasionibus, si cum hoc auxilio collocentur.

Tertio. Animadvertendum posito decreto, quo Deus vult collocare in hac occasione cum hoc auxilio voluntatem Deum ipsum per visionis scientiam certo non cognoscere hanc voluntatem se determinaturam actu, et absolute, nisi eo quod antequam decretum condat cognovit per scientiam mediam hanc voluntatem se hoc modo in hac occasione cum hoc auxilio donabitur determinaturam. Quapropter certo, qua Deus Petrum se actu, et absolute hoc modo determinaturum cognoscit duobus ex capitibus ducitur. Ex eo primum, quod hinc Deus priusquam decernat aliquid sit quidquid effectum est creata voluntas in cuiusquemodi occasionibus, ubi id auxilii acceperit; illinc vero decreto suo libero vult collocare Petrum in hac occasione, eique hoc auxilium impendere. Itaque quod attinet ad determinationem actu futuram Deus cognoscit duo. Primum cognoscit Petrum a se in hac occasione collocatum, et hoc auxilio donatum iri; idque in decreto cognoscit quo statuit eum hoc auxilio donare, atque ibi collocare. Deinde cognoscit fore ut Petrus se hoc modo determinare velit, si hoc auxilio in hac occasione donetur, idque cognoscit non præcise in decreto de hoc auxilio conferendo: siquidem hæc auxilia hoc in sistemate non sunt prædeterminantia, et per se se efficacia. Nam si id genus essent ex eo quod Deus videret velle se id genus auxilia conferre, videret etiam voluntatem fore infallibiliter operaturam, atque adeo in decreto de conferendo hoc auxilio futurum videret eventum. Sed auxilia in hoc sistemate longe alterius naturæ sunt: iisdem quippe cum auxiliis, quorum beneficio Petrus ita se gerit, alter Petro

usquequaq: psimilis diverso se geret modo: nihil enim est auxiliorum in hoc sistemate, quod tantam præseferat virtutem, ut voluntatem nostram per se se infallibiliter ad agendum inflectat. Per consequens solum de conferendo hoc auxilio decretum in causa esse n̄ pt, ut deus cognoscat quonam modo voluntas se ipsam determinatura sit. Necessum est ergo, ut deus id cognoscat p aliud prorsus medium, quam p decretum prædeterminans. Atq: hæc cognitio, qua deus p aliud medium, quam p decretum prædeterminans quidquid creaturæ in quavis occasione auxilio inefficaci instructæ operaturæ sunt, cognoscit; hæc inquam ipsa cognitio appellatur scientia media. 1820

Quarto. Momenta quæ attulimus oīa impetunt, ac prosternunt scientiam mediam, quæ alioquin facile refelli posset sacrarum literarum, et sctorum patrum oraculis. Demonstravimus deum cognoscere n̄ posse voluntatis determinationes nisi aut in nihilo, aut in ente; n̄ posse in nihilo cognoscere, idcirco aut in entibus creatis, aut in se ipso; entia creata esse n̄ posse medium cognitionis dinæ, qd id ex deo indigeum, et in se sit impossibile; deum autem si entia in se ipso cognoscat ea cognoscere aut in sua essentia, aut in suis decretis; n̄ cognoscere sua in essentia liberas creaturarum determinationes; cognoscere igitur in decretis; duo tantum esse posse decretorum genera, nempe aut decreta esse aut prædeterminantia, aut n̄ prædeterminantia. decreta n̄ prædeterminantia n̄ posse esse medium, quo voluntatis determinationes cognoscantur; decreta ergo prædeterminantia esse medium unicum; hæc oīa demonstrata sunt; demonstratum est ergo scientiam mediam opertere reiici: siquidem hujus scientiæ me=

medium n̄ est decretum prædeterminans........eadem demonstratum est via, et ratiõe duas tantum in deo distinguendas esse scientias, alteram simplicis intelligentiæ, alteram visionis. Nam deus creaturas cognoscit aut ut possibiles, aut ut futuras. Si cognoscit ut possibiles eas sua in essentia videt, quæ quidem cognitio vocatur scientia simplicis intelligentiæ: si ut futuras cognoscit, cognoscit in suis dei decretis prædeterminantibus, atq; hæc cognitio dicitur scientia visionis. Desperatur ergo 3ª inducitur scientia, quam ratio tam perspicue tam solide, tam invicte repudiat nequid de scriptura, et traditiõe ponamus.

Paragraphus 2º

De usu scientiæ mediæ.

Primo. Scientia media ad futura præsertim conditionata respicit, quorum cognitio aliquid facessere pt negotii. Id appellatur futurum conditionatum quod eveniret, si certa quædam poneretur conditio, sed illud nunquam eveniet, quia nunquam hæc erit. v. g. Tyrii, et Sydonii fuissent conversi, si quæ coram Judæis a Xto edita sunt miracula coram Tyriis, et Sydoniis fuissent edita. De hoc futurorum genere ita disputant scientiæ mediæ vindices. In futuro conditionato aiunt tria sunt divinæ scientiæ objecta. Conversio possibilis, aut n̄ conversio possibilis Tyriorum, et Sydoniorum. Conversio Sydoniorum conditionate futura, quæ nempe eveniet, si quædam apud eos fiant miracula. Conversio Sydoniorum n̄ futura absolute, idest quæ nunquam evenit, cum posita n̄ sit conditio. En itaq; tria objecta, quorum primum pertinet ad scientiam simplicis intelligentiæ, postremum ad scientiam visionis; et inde medium, idest futurum conditionatum pertinet ad

ad 3.m scientiæ genus, nimirum ad scientiam mediam.
Secundo. Observatio nostra superior nodum hunc solvit, et abrum=
pit. Scientiam n distinguunt, eiq: speciem n tribuunt obiectæ
remota, et mediata, sed proxima, et immediata, idest media:
At in hypothesi a nobis præstita quidquid Deus cognoscit
quantum etiam ad futura conditionata, aut in sua essentia
cognoscit, aut in decretis suis prædeterminantibus. Ergo
cum duo tantum sint media admittenda in Deo n esse 3.a scientiæ
species.
Tertio. Res sive absolute sive duntaxat positis quibusdam conditio=
nibus futuræ sint indubium est eas n habituras existentiam,
nisi vi auxilii prædeterminantis, atq: adeo ne futuritionem
quidem habituras, nisi in decreto prædeterminante. Sydonii
conversi fuissent si spectassent miraculum, sed non fuissent
conversi sine gratiæ efficacis auxilio: ergo necesse erat ut Deus
vellet eam illis largiri, et eodem quidem temporis articulo, quo
miraculum eorum oculis subiiciebat. In quo sane Deus n co=
gnoscit aliud præter suas volitiones, sua decreta, et ordinem,
quem inter decreta sua servare voluit: sibi ipse dixit,
(si eum ita loquentem inducere fas est) hoc ego faciam, si
aliud fecero. Ergo interius convertam Tyrios, si exterius com=
monstravero miraculum. Idem intelligi de quibusq: futuris
conditionatis debet: cum omnia a præmotione pendeant quam=
cumq: in partem vertant, ea Deus n cognoscit ut possibilia,
nisi in se ipso, nec futura sunt, nisi vi decreti præde=
terminantis. Hæc igitur futurorum conditionatorum cognitio
revocatur ad cognitionem divinæ essentiæ, et ad cognitionem
divinorum decretorum; ac per consequens haud parum discre=
pat a scientia media, quæ cognitionem futurorum

conditionatorum alteri inseribit medio, ut observavimus. Quarto. Satis multa diximus ad objectiones propositas elevandas; sed si libet rimas ejus omnes permeare perunctari possumus quonam modo Deus videat id genus futura conditionata, nimirum ac pariter in Deo sint conditionata decreta. Ex. gr. Deus hoc ab omni aeternitate decretum condiderit: ego volo largiri efficaces gratias, ut Sydonii convertantur, si ego velim iisdem ostentare miraculum; at ego nolo iis ostentare miraculum: nolo igitur iis gratias conversionis largiri. Quin tamen excutiamus interim an admitti possint ejusmodi conditionata decreta non videtur ad eadem illa confugiendum esse, ut futura conditionata cognoscantur, cum haec cognoscere possit Deus per decreta sua absoluta: quod ita concipimus. Tametsi omnia in Deo sint unum, distinguimus tamen decreta plura, ut rem conceptioni nostrae accommodemus. Inter ejus decreta quaedam concipimus magis singularia, quae tales tantum occasiones, et quaedam magis generalia; quae omnes omnino sibi invicem congruentes occasiones prospectant. Ex. gr. decrevit Deus, ut per lineam rectam continuetur motus semel corpori A impressus: en decretum, quod peculiare voco: idem etiam decrevit quantum ad omnia corpora in eadem positione: en decretum quod appello generale. Praeterea decretum Deus condidit de avertendo corpore B a linea secundum quam movetur cum pergendo in obicem impingit. Deus istud etiam decretum condidit quantum ad omnia corpora. Quinto. Haec autem decreta bifariam inspici possunt, nempe aut ut conjuncta, aut ut sejuncta. Si eorum decretorum unum duntaxat poneretur quidvis aliud eveniret quam quod evenit. Corpus A existens in motu eandem semper servaret

li-

lineas quidquid in motu offenderet. Item quantus ad creaturas ratione prædictas Deus voluit huic miraculo affigere hunc motum gratiæ, quem voluntas Sydoniorum minus prava, quam Judæorum voluntas minime abiiciet quiq: adeo in voluntate Sydoniorum perseverabit, atq: aliis succedentibus motibus plenam eorum conversionem efficiet. Si consideremus quid facere possit decretum de adiungendo hoc motu gratiæ huic miraculo manifestum est voluntatem, quæ non adeo prava sit, ut illum abiiciat conversum iri. Hæc conversio continetur in decreto tanquam in causa. At si apponatur decretum alterum de hoc miraculo coram Sydoniis non patrando exploratum est hunc effectum, idest conversionem non eventuram. Si divina decreta considerentur separatim, ut alia ab aliis secreta constat quidvis aliud in mundo eventurum fuisse si hæc tantum aut illa decreta extitissent. Constat etiam uno, alterove decreto addito, aut dempto universi faciem immutari: tantum sibi cohærerent, sibiq: congruerent universi partes. Quod si nos tam infirma, tam angusta mente deprehendimus quorundam decretorum, si sola sint, effectum: an non Deus id ipsum perspicit; an non comprehendit infinitas horum possibilium decretorum combinationes; an non videt quid per se efficere possint Decreta quædam, quæ pro universo condidit; an non novit decretum de motu per lineam rectam continuando effecturum esse hæc illa si solum sit: an non hac ratione futura conditionata cognoscit: Jesto. At ehic tamen nullus est decretis conditionatis qualia supponuntur exposita sunt locus. Decreta absoluta sufficiunt; sed decreta absoluta primum separatim sumta, deinde coniunctim. Qui latrunculis ludit quid ex eorum varia dispositione et combinatione eventurum sit prospicit. Quidni Deus suis in decretis futura

139 conditionata videat cum videat uniuscuiusq: effecti decretu, et quid possit solus: quodvis singulare decretum seorsim acceptum absolute ita suos continet effectus, ut arbor admodum vivida vi continet absolute fructus, quem proferre debet æstivo tempore; sed minime proferet, quia eum grando excutiet.

Futurorum itaq: conditionatorum cognitio haud ægre revocatur ad cognitiones decretorum absolutorum. Id ubi constet nolumus de vocibus movere lites. Hæc decreta in se ipsis absoluta appellari fortasse possunt conditionata comparata ad obiectum quia si ea considerentur seorsim cognoscitur ea efficere illud posse, quod non efficiant ea de causa quod alteri decreto coniungantur

Sunt alia quoq: futura conditionata decretis absolutis procul dubio accensenda v. g. si mandata custodieris salvus eris: si peccaveris, peribis: si hæc facis, hæc faciet Deus. hæc sane ad absoluta decreta pertinent, quibus Deus statuit iustis gloriam impiis pœnam tribuere rebus istis istos affigere effectus.

Septimo. Sed quo demum cumq: modo de hac re cogitemus ac sentiamus, illud magni refert, ut nobis ipsi persuadeamus Deum non cognoscere entia a se distincta, nisi per se ipsum; Deum pro suprema sua dignitate non posse suas aliunde haurire cognitiones. Deum in rebus omnibus cognoscere se ipsum essentiam suam, decreta sua, suasq: operationes; quandoquidem ipse sibi sua est lux, nihilq: nisi in se ipso videt, uti se ipsum amat in rebus omnibus cum sit omnium finis, atq: in se ipso amet omnia. Quapropter Deus actiones liberas, et futuras voluntatis creatæ determinationes omnino suis in decretis, suisq: in operationibus cognoscit. Ex quo consequens est nullam a creatura actionem elici, quæ non fuerit ab omni æternitate in prædeterminationibus

de=

decretis præscita, quæq: divinæ efficacis, et prædeterminantis actionis auxilio suo tempore producta n̄ fuerit: id qđ quidem est prædeterminantium decretorum consectarium, atq: executio

Paragraphus 37

De scientia media auctoribus, deq: veterum, ac recentiorum ejus auctorum comparatione.

Primo. Pater Molina in sua jam a triginta annis concepta, ac demum anno 1588.º typis Ulysipponensibus edita concordia ad quæstionem 23.ᵃᵐ art: 4.º et 5.º asserit libertatem arbitrii cum divina gratia, et prædestinatione conciliari tantummodo posse
„ scientiæ mediæ beneficio, quæ si data, explanataq: semper fuis-
„ set forte neq: Pelagianā hæresis fuisset exorta, neq: Lutherani
„ tam impudenter arbitrii libertatem fuissent ausi negare.......
„ hæc nostra ratio conciliandæ libertatis arbitrii cum divinā
„ prædestinatione a nemine, quem viderim, fuit hactenus tradita
„ si ab Augustino ea data, et explanata fuisset Pelagiana hæ-
„ resis nunquam fuisset exorta, neq: ex Augustini operē, con-
„ certationibusque ejus cum Pelagianis tot fideles fuissent tur-
„ bati, nec ad Pelagianos defecissent„ Paria habent Pater Phonseca quæst: 6.º Metaphisicæ sec: 4.ª pater Vasquez 1.ª parte disput: 67.ᵃ cap: 7.º pater Herice 1.ª parte disput: 7.ª cap: 10.º

Secundo. At Cardinalis Gotti certum sibi ait esse, et compertum scientiam mediam fuisse jam pridem ab Arrianis, et Semipelagianis excogitatam. Primum quidem Didacus Alvarez disput: 7.ª de auxiliis num: 10.º Misit enim Epistola Alexandri Alexandrini Epi ad Alexandrum Epum Constantinopolitanum apud Theodoretum lib: 1.º histor: cap: 4.º Ibi quippe Arriani ut causam inducerent cur

cur Xtus quem puram aiebant esse creaturam unum ex hoībus ad divinā filiationis dignitem evectus fuisset ad scientiam mediam se se receperunt. deum cum praesciret, ac praevidisset qd filius ipsam spreturus n esset illum ex oībus elegisse...... atq
ut insanam istam doctrinam confirment scriptis sanctis contumeliose illudentes afferunt illud qd in Psalmis de Xto dictum
„ est: dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: ppterea unxit te Deus
„ tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis;; Nec abludere Molina videtur 1a part: concordiae q: 23a art: 4o et 5o disputat.
„ 1o membro 9o paragrapho illud etiam ubi inquit: illud etiam
„ qd ad exaltationem laudem, et honorem Xti sanctissimaeqe ejus
„ matris spectat mihi videtur admodum verisimile sacratissimis
„ corum duorum animabus n solum excellentiora dona deum confer-
„ re decrevisse, sed etiam easdem praevidisse melius quam caete-
„ ras pro sua innata libertate usuras suo arbitrio, eaqe ratione
„ in tantam dignitem potiusquam caeteras electas fuiss;; Post
Arrianos Pelagiani etiam, et Semipelagiani e scientia media sibi, suisqe erroribus praesidium quaesiverunt. Sancti
Prosper, et Hylarius suis ins epistolis ad sanctum Augustinum
de reliquiis Pelagianae haereseos in Gallia subolescentibus
deqe hujusmodi homin querelis adversus praedestinationis,
et gratiae doctrinam variis Augustini opusculis praesertim
libro de correctione, et gratia explicatam tria testantur ab
„ iis tradi. Primum eos, qui credituri sunt, quive in ea fide
„ quae deinceps pr gratiam sit juvanda mansuri sunt praesci-
„ visse ante mundi constitutionem deum, et eos praedestinasse
„ in regnum suum, quos gratis vocatis dignos futuros electione,
„ et de hac vita bono fine excessuros esse praeviderit;; Se-
„ cundo removeri oem industriam, tolliqe virtutes, si Dei

cons

" constitutio hanc praeveniat voluntas, et sub hoc praedestinationis
" nomine fatalem quandam necessitatem induci: denique propositum vocantis
" gratiae in hoc ordine definiunt, quod "Deus constituerit nullum in re-
" gnum suum nisi per sacramentum regenerationis assumere, et ad hoc
" salutis donum omnes homines universaliter vocari ut et qui volue-
" rint fiant filii Dei et inexcusabiles sint qui fideles esse no-
" luerint: quia justitia dei in eo sit, ut qui non crediderint pereant;
" bonitas autem appareat si neminem repellat a vita, sed indif-
" ferenter universos velit salvos fieri, et in agnitionem verita-
" tis venire. Praeterea idem Prosper opinionem Massiliensium
" ibidem repetit in hunc modum "Pene omnium par invenitur, et
" una sententia, qua propositum, et praedestinationem Dei se-
" cundum praescientiam recipiunt; ut ob hoc Deus alios vasa
" honoris, alios contumeliae fecerit, quia finem uniuscujusque
" praeviderit, et sub ipso gratiae adjutorio, in qua futurus esset
" voluntate, et actione praescierit;" Celebre quoque est Fausti Rejen-
" sis axioma lib: 2: de gratia, et libero arbitrio cap: 3: Nisi prae-
" scientia exploraverit praedestinatio nihil decernit: et praesci-
" entia ea, quae de hominum meritis secutura sunt non ut eveniant
" exigit, sed eventura praecurrit.

Tertio. An quod ab haereticis primum excogitata fuerit, atque usurpata haeretica censeri debet scientia media? an quae haereticorum animis olim insedit scientia media eadem prorsus a Molina, et Molinianis recepta est? paralellas haud aegre institui potest, sed recte ne, an secus instituatur inquirere possumus desinere non possumus. Ne quis tamen putet nos nimium dicho-lae nostra deferre, ac nimium aliena detrahere Molinianam sententiam quoad ejus fieri potest purgare volumus. Molinianorum autem vindicias ex superioris saeculi Theologis facile prin-

principe Meldensi Epõ Bossueto petimus. Ita ille scribit admonitnẽ 2ª adversus epistas Iurieri paragrapho 18º........ Iurieus nobis obiicit Molinistas nostros esse semipelagianos et purum, putumq: Pelagianismum Romã ab Eccla tolerari. Quod ad Molinistas attinet ii suis in operib; profitent; dei gratuitam erga electos praedilectionẽ, gratiam praevenientem et singulis pietatis operib; necessariam, atq; in oib; qui eas opera exercent speciales providentias, quae ad horum exercitationem adducant. Nihil eiusmodi apud semipelagianis occurrit; qd si quis ultra progrediat, ac vult gratiae aliquid mere humanũ cui illa affigat praeire, n vereor ne Catholicus quispiam mihi ~~adversetur~~ succenseat adseveranti hunc fore lethalem in fide errorem, quo subrueret humilitatis basis, et quem nusquam tolleraret Eccla postquam toties definivit, et postremo quidem in Concilio Tridnõ ses: 6ª cap: 5: ipsius iustificationis exordium in adultis a Deo per Xtum" "Iesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius" "vocatnẽ, qua nullis eorum existentib; meritis vocant, ut" "qui per peccatã a Deo aversi erant per eius excitantem, atq:" "adiuvantem gratiam ad convertendum se disponant. Et can:" "2º si quis dixerit ad hoc solum divinã gratiam per Xtum" "Iesum dari, ut facilius hõ iuste vivere, ac vitam aeternam" "promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia" "utrumque, sed aegre tamen, et difficulter possit anathema" "sit. Demum can: 3: si quis dixerit sine praeveniente Spũs" "Sti inspiratnẽ, atq: eius adiutorio hoem credere, sperare," "diligere, aut paenitere posse, sicut oportet, ut ei iustifi" "cationis gratia conferat anathema sit." Hiccine est purus, putusq: Pelagianismus, quem Iurieus affingit Romã Ecclae:

an

an hæc Pelagianizat dum vel ipsum salutis initium inscribit gratiæ....... hactenus Bossuetus, ut Semipelagianismum a Molinistis multoq; magis a Rom͠ana Eccla propulset. Sed an quod apud Bossuetum Molinistæ profitentur Semipelagianismum abstersuri eorum principiis congruat disputando observabimus artlo de prædestinatione.

Paragraphus 4.

Sancti Augustini de scientia media sentia exploratur.

Quum Semipelagiani scientiam mediam obtruderent, eamq; ex Semipelagianis depromtam sibi Prosper, et Hylarius suo Augustino proponerent n͠ potuit n͠ eius esse conscius Augustinus: atq; adeo falsum est Molina locis numo 1.o laudatis quæstio esse quod an sctus Pater scientiam mediam sibi propositam approbaverit, aut potius reiecerit. Pater Suarez, ac n͠nulli scientiæ mediæ vindices eam contendunt fuisse ab Augustino probatam, ab eoq; ad eos eam fluxisse, quamquam n͠ scaff Thesis perspicue innotuerit. Sed hi frustra sibi blandiuntur. Nam sctus Hylarius in allegata epla Augustinum monet Semipelagianos ea, quamque præscientiam ipsius auctorite protegere quod epla 102.a olim 49.a
" scripsisse tunc voluisse hoïs apparere Xum, et apud eos præ-
" dicari doctrinam suam quando sciebat, et ubi sciebat esse qui ei
" eum fuerant credituri; Respondet sctus Augustinus lib: de præ-
destinatione sctorum cap: 9. se ibi n͠ eam adstruere voluisse scientiam, quæ div͠a decreta præverteret, sed quo iisdem superstrueret; Cernitis ne me sine præiudicio latentis consilii dei
" aliarumq; causarum hoc de præscientia Xti dicere voluisse quod
" convincendæ Paganorum infidelitati, qui hanc obiecerant quæ-
" stionem sufficere viderem: Quid enim est verius, quam
"
præ-

" praesciisse Xtum qui, et quando, et quibus locis in eum fue-
" rant credituri: sed utrum praedicato sibi Xto a se ipsis ha-
" bituri essent fidem, an Deo donante sumturi; id est utrum
" tantummodo eos praescierit, an etiam praedestinaverit Deus
" quaerere, atque disserere tunc necessarium non putavi. Proinde quod
" dixi tunc voluisse hominibus apparere Xtum, et apud eos praedi-
" cari doctrinam suam quando sciebat, et ubi sciebat esse qui in
" eum fuerant credituri: potest etiam sic dici: tunc voluisse hominibus
" apparere Xtum, et apud eos praedicari doctrinam suam quando
" sciebat, et ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso ante
" mundi constitutionem. Quaecumque igitur fuerit Augustini ante-
quam haeresis Pelagiana excitaretur sententia satis constat eum
postquam Pelagiani eius verbis coeperunt uti, ita se ac
priora sua effata explicasse, ut nullam admitteret praesci-
entiam, quae electionem anteverteret, sed quae electioni, et de-
creto inniteretur. Et eodem libro de praedestinatione sanctorum
capitibus 17: et 18: demum Pelagianos refellit electionem ex prae-
scientia repetentes: aitque. Quam dicat Apostolus: non quia fu-
turos tales nos esse praescivit: sed ut essemus tales per ipsam
electionem gratiae suae, qua gratificavit nos in dilecto filio
suo. Cum ergo nos praedestinavit opera sua praescivit, quo
nos sanctos, et immaculatos fecit. Quid ergo sibi vult Augu-
stinus lib: de praedestinatione sanctorum cap: 10: ubi inquit: prae-
destinatio sine praescientia non potest esse: potest autem esse sine
praedestinatione praescientia. At sui ipsius interpres est Au-
gustinus praescientiam enim sumit non quamcumque: sed pariter
praedestinationem non quamcumque: sed quae ad bona opera et
salutem respicit. Subiicit enim: praedestinatione quippe Deus
ea praescivit, quae fuerat ipse facturus. Unde dictum est:

fe-

fecit quæ futura sunt. Præscire autem potens est etiam quæ ipse non facit, sicut sunt quæcumq. peccata, nempe quatenus peccata sunt, seu penes malitiam. Videantur quæ diximus cap. 1º propne 3ª ad calcem

Sed inquiunt Mediti: Augustinus non ejus, et substantiam scientiæ mediæ, sed abusum proscribit. Ea etiam Semipelagiani abutebantur ac si Deus prænosceret quid ex se se sine Deo acturus esset homo, cui fidei initium tribuebant. At Mediti tantummodo statuunt Deum præscire quid homo sit acturus sub tali gratia ...... verum in primis ipsi quoq. Semipelagiani, teste Prospero loco cito, sentiebant Deum alios vasa honoris, alios vasa contumeliæ fecisse, quia finem uniuscujusq. præviderit, et sub ipso gratiæ adjutorio, in qua futurus esset voluntate, et actione præscierit. Deinde Augustinus ejus omnino scientiæ mediæ sustulit, omnemq. a Deo ante propositum præscientiam ablegabit. Nam 1º loco cito de prædestinatione cap. 19. non modo negat Deum nos præscivisse, quia eramus sancti, sed asserit Deum nos præscivisse, ut essemus sancti ea præscientia, qua nos prædestinavit. Ita alibi sæpe. Mediti contra volunt Deum præscivisse nos non ut essemus sancti, sed quia tales futuri eramus, nempe consensuri tali auxilio non ea præscientia, qua nos prædestinavit, sed præscientia antevertente, et dirigente prædestinationem. Dein lib. de dono perseverantiæ cap. 17º generatim proscribit, et monet prædestinationem præscientiæ interdum nomine significari quando apud verbi Dei tractatores legimus Dei præscientiam, et agitur de vocatione electorum eandem prædestinationem intelligi. Nullam igitur agnoscit ante decretum præscientiam (hæc transferenda sunt quæ supra posuimus ab iis verbis, quid ergo sibi vult Augustinus etc. usq. ad ea verba, propne 3ª ad calcem.

co-

169 secundum amant dicere. Sed ad igitur Augustinus facit satis Prospero roganti num praescientia innitatur decreto, an decretum praescientiae; cumque laudato capite asserat Dei dona nisi praedestinatione a Deo sciri, errat turpissime, si decretum nihil conferat ad praescientiam. Si primum malunt, nempe decretum quod esset involvere certam conditionatorum praescientiam, id facile exsufflatur. Nam decretum illud est liberum, eo quod non esse posita etiam conditione: ergo non est certo infallibiliter eliciendum. Ergo certo et infallibiliter praesciri nequit, ut eliciendum. Atque adeo nequaquam Deus certo praescire per decretum quod esset an ea quomodo velit decretum postea data occasione efficere: at primo tum praescientia supponeret aliud in Deo saltem decretum de decreto ex occasione condendo: atque adeo praescientia ista ad scientiam mediam minime pertineret, quae nullo innititur decreto. Secundo si decreto opus habet praescientia, cur praeter decretum quod sit decretum quod esset confingitur, cum sufficere possit decretum quod alia sit.

Obiicies 1. Scientiam mediam commendat potius, quam reprobet sanctus
„ Augustinus lib. de dono perseverantiae cap. 10. ubi inquit: quidam
„ disputator Catholicus non ignobilis hunc Evangelii locum (Matth.
„ 11. de Tyriis) exposuit ut diceret praescisse Deum Tyrios et
„ Sydonios a fide fuisse postea recessuros cum factis apud se
„ miraculis credidissent, et misericordia potius non eum illic
„ ista fecisse: quoniam graviori poenae obnoxii fierent, si fidem, quam tenuerant, reliquissent, quam si eam nullo
„ tempore tenuissent.

Respondetur 1. Sanctus Augustinus doctoris illius sententiam non commendat, neque eam amplectitur, sed recitat tantum, ~~atque~~ utique

cau-

causa, quam adversus Semipelagianos scriveret. Sic ab adver=
sariis ipsis accipimus, quae nobis aliud sentientibus favent, aut
quae nobis minime nocent. Aiebant Semipelagiani iudicari
mortuos secundum peccata quae perpetraturi fuerant si vixissent.
,, Hos Augustinus premit hac ipsa sententia, et subiicit: in qua
,, sententia quid me nunc attinet dicere, cum et ipsa nobis ad id,
,, quod agitur suffragetur. si enim miseratione Deus non fecit in illis
,, virtutes, per quas fieri possent fideles, ne gravius punirentur
,, cum postea fierent infideles, quod eos futuros fuisse praesci=
,, vit: satis aperteque monstratur de his peccatis neminem iudicari
,, mortuorum, quae praescivit fuisse facturum: si aliquomodo ei,
,, ne illa faciat, subvenitur: sicut Tyriis, et Sydoniis si sententia
,, illa vera est subvenisse dicitur ,, Aug: hanc sententiam
non ut veram proponit, sed ut illi consentaneam dogmati de
mortuis non iudicandis secundum ea, quae facturi fuissent si
vixissent. Quid multa? c. cap: proximo 11. suam ipse mentem
,, aperit sensus pater in haec verba. Proinde sicut Apostolus ait non
,, volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei ad Rom: 9.
,, v: 16. qui et parvulis quibus vult etiam non volentibus neque
,, currentibus subvenit, quos ante constitutionem mundi elegit in
,, Xto daturus eis gratiam gratis, hoc est nullis eorum vel fidei,
,, vel operum meritis praecedentibus, et maioribus etiam his,
,, quos praevidit, si apud eos facta essent suis miraculis cre=
,, dituros, quibus non vult subvenire non subvenit, de quibus in sua
,, praedestinatione occulte quidem, sed iuste aliud iudicavit etc.
Obiicies re Tyrios fore credituros Xtum ex nativa eorum docilitate
praescivit non ex decreto, teste Augustino, lib: laudato cap: 11 ubi
,, includit: ex quo apparet habere quosdam in ingenio ipso
,, divinum ,, naturaliter munus intelligentiae, quo moveantur ad fidem,

si

" si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspi-
" ciant. Secundo lib: 1° ad Simplicianum quaestione 2ª paucum sci-
" entiam mediam exhibet. deinde inquit verum est multi vocati
" pauci electi. Illi enim electi, qui congruenter vocati. Illi
" autem, qui non congruebant, nec contemperabantur vocationi non
" electi, quia non secuti quamvis vocati. Item verum est: non
" volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quia etsi multos
" vocat, eorum tamen miseretur, quos ita vocat quomodo
" eis vocari aptum est, ut sequantur. Falsum est autem si quis
" dicit: igitur non miserentis est Dei; sed volentis, atque currentis
" est hominis; quia nullius Deus frustra miseretur. Cujus autem
" miseretur sic eum vocat quomodo scit ei congruere, ut vo-
" cantem non respuant, ... Tertio lib. 12: de civitate Dei
" cap: 6: si inquit, aliqui duo aequaliter affecti animo, et cor-
" pore .... eadem tentatione ambo tententur, et unus ei
" cedat, atque consentiat, alter idem qui fuerat perseveret:
" quid aliud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse a
" castitate deficere, unde nisi propria voluntate ubi idem fuerat
" in utroque corporis, et animi affectus. amborum oculis pa-
" riter visa est eadem pulchritudo: ambobus pariter institit
" occulta tentatio. Propriam igitur in uno eorum voluntatem
" malam quaerentibus peccerit scire volentibus si bene intueantur,
" nihil occurrit. Quarto in expositione quarundam propositionum
" epistolae ad Rom: proposit. 55. non omnes, ait qui vocati sunt
" secundum propositum vocati sunt: hoc enim propositum ad
" praescientiam, et praedestinationem pertinet nec praedestinavit
" aliquem, nisi quem praescivit crediturum, et secuturum voca-
" tionem suam quos et electos dicit.

Respondetur. Haec, aliaque Sancti Augustini testimonia producta jam a

no-

nobis sunt, atq: exposita in dissertatione de gratia sufficiente,
et efficaci cap: 6: Addimus: iis in locis Augustinus agit de
vocatione externa posita in quibusdam signis, quae motiva credi=
bilitatis vocantur, aut incitamenta ad fidem suscipiendam, et
quib. Deus utitur, ut nonnullos pro variis eorum affectionib. ad
credendum pelliciat. Id Augustinus loco laudato ad Simplicianum
epistola 99ª et lib: 1: de Trinitate cap: 8: Nathanaelis, et aliorum
exemplo comprobant. Externam autem vocationem si congrua sit utiq:
sequimur, sed non sine interioris gratiae additamento. Haec igitur
Augustini doctrina est. Vocatio quatenus externa est saepe
congruit naturalib. hominis affectionibus: indeq: efficax est, non absolute
sed prout ex consueto Divinae providentiae modo atq: agendi
ordine cum gratia interiore coniungitur. At haec tamen ab
affectionib. illis nullatenus pendet: eas siquidem sua sibi vir=
tute subigit, et saepe confertur in circumstantiis minime con=
„gruis ut eum Deus rebelles ad se trahit volentes, et ex nolen=
„tib. facit volentes„. Quamquam et gratia interior dici potest
aliqua ratione congrua non congruitate in homine reperta, sed in
homine facta, adeo ut non illa se voluntati, sed voluntatem sibi
accommodet. Aliequin si quid mere humanum gratiam praever=
tere, si naturam gratiam attigi velint adversarii illud reponi=
tent, quod ex Bravecto num: 8: descripsimus.......sed Augusti=
nus sua ipse declarant effata. Ad primum. Ibi Augustinus
se certam Tyriorum conversionis praescientiam in divinum decretum
„referre testatur. Inquit enim paullo ante: „an quisquam dicere
„audebit Deum non praescisse quib. esset daturus, ut crederent,
„aut quos daturus esset filio suo, ut ex eis non perderet quem=
„quam: quae utiq: si praescivit, profecto beneficia sua, quib.
„nos dignatur liberare praescivit. Haec est praedestinatio sancto= ri=

,, nihil aliud praescientia scilicet, et praeparatio beneficiorum
,, dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur ...... sed
,, quoniam ut crederent (Tyrii, et Sydonii) non erat eis datum;
,, etiam unde crederent est negatum. Audiant haec, et faciunt
,, quibus datum est: non autem faciunt sive audiant, sive non
,, audiant, quibus non datum est. Quia vobis, inquit, datum est nosse
,, mysterium regni caelorum: illis autem non est datum, Matth: 13: v: 11:

Itaque id quidem habent in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiae eodem Augustino judice non est causa fidei, sed conditio, quae hominem idoneum efficit ad veritates propositas excipiendas, eumque ad credendum movet, si accedat gratia .... ad 2um sanctus pater lib: 1: retractationum cap: 1: locum ex lib: 1: ad Simplicianum allegatum recenset, atque laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanae: sed vicit dei gratia, nec nisi ad illud potuit perveniri, ut liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus: quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? haberet aliquid, quod non accepisset, et quo se discerneret, si congruitatem, et contemperationem, qua vocationi internae consentiat quispiam prae alio haberet ex se, eaque foret naturae, non gratiae donum. .... ad 3um quidem proxima illius inter utrumque hominem discriminis causa est liberum arbitrium, quod etiam causa proxima est bonae, et malae voluntatis. At idem liberum arbitrium est causa proxima adaequata voluntatis malae, secus bonae. Qua de re Augustinus dum asserit bonam voluntatem ex libero oriri arbitrio non excludit causam aliam superiorem, nempe gratiam, quae prima sit effectrix causa discriminis inter cadentes, et stantes homines. Id facile evincitur ex Augustini familiari loquendi ratione iis in operibus, in quibus

de

de gratiis necessitate eiusdemq: agendi modo data operâ disputat lib: de praedestinatione sanctorum cap: 5: docet credere vel non credere esse in hominis potestate sed statim potiorem causam cur quis credat refert in Dei gratiam. sed praeparatur, inquit, voluntas
" a Dño; ideo ad ipsam quoq: fidem, quae in voluntate est (tanquam
" in causa proxima) pertinet. Quis enim te discernit etc. In eius-
" dem lib: cap: 6: cum hoc sibi objecisset: multi audiunt ver-
" bum veritatis, sed alii credunt alii contradicunt: volunt ergo
" isti credere, nolunt autem illi: respondet: quis hoc ignoret:
" quis hoc neget? sed cum aliis praeparetur, aliis non praeparetur
" voluntas a Dño discernendum est utiq: quid veniat de miseri=
" cordia eius, quid de judicio: et tamen illi, quia voluerunt
" crediderunt; illi quia noluerunt non crediderunt. Alterius vero
" rei causam subiicit: misericordia igitur, et judicium in ipsis
" voluntatibus facta sunt: Electio quippe ista gratiae est. Quod
si quispiam roget cur laudato loco de Civitate Dei praetermi-
serit Augustinus primariam hanc discretionis causam, et pro=
ximam tantum indicaverit; animadvertat oportet sermonem do-
ctoris ibi non agere ex instituto de gratia sed duntaxat de
causa mali; ac proinde hoc unum erat illi demonstrandum
creatorem non esse mali causam, sed solam creatam voluntatem, quae
quidem cum bona fuerit condita sua facta est arbitrio mala.
causam primam malae voluntatis (ait) inquiro........ad 4um.
sensum Augustinus lib: 1: retractationum cap: 23: ait se expositionem
" illam scripsisse cum nondum diligentius quaesiisset, nec adhuc
" invenisset qualis sit electio gratiae.

Paragraphus 5us

Sti. Thomae Aquinatis sententia de scientia media.

Ac-

175 Augustino Thomas Aquinatem adiungimus magistro discipulum.
Eadem est utriusque sententia. Utriusque maxima est auctoritas, ut in
dissertatione de gratia sufficienti, et efficaci cap. 3. momento
1. demonstravimus. Sed iis, quæ ibi produximus, Apostolicæ Sedis
oraculis Augustini de gratia, et prædestinatione doctrinam muni-
entibus, et confirmantibus duo sunt subiicienda summi P. N.
Benedicti XIII rescripta, et brevia: alterum ad Academiam
Tholosanam, quo rata habetur eiusdem Academiæ censura lata
in hanc propositionem: præmotio physica tollit libertatem humanam: al-
terum ad Hispanum scriptorem, qui Thomistarum dogmata suis in
operibus propugnanda susceperat. Non est autem cur exquisi-
tis studiis Thomam remotum a Molinianis esse ostendamus
cum videamus ipsi scientiæ mediæ athletæ se a sancto Do-
ctore cum de gratia, et prædestinatione agitur abscedere profi-
teantur in libello de ratione studiorum Romæ edito anno
1586. Qua de re conferatur historia congregationum de auxi-
liis edita a Patre Serri. Sed cum nonnulla apud Aquinatem
occurrant, quæ specie tenus favent Molinianis e re
nostra esse ducimus ea proferre, ut vel leviores nubeculas
dispellantur.

Obiicies 1. Sanctus Thom. in primum distinct. 4. q. 1. art. 1. in argu-
„mento, sed contra inquit: dicunt sancti communiter, Dyoni-
„sius, Augustinus, et Anselmus quod causa, quare iste non habet
„gratiam est quia ipse noluit accipere, et non quia Deus noluit
„ei dare. „ Et in corpore articuli: patet quod huius gratiæ de-
„fectus absolute causa prima est ex parte hominis, qui gratia
„caret: sed ex parte Dei non est causa huius defectus nisi ex
„suppositione illius, quod est causa ex parte hominis. 1. parte
3. q. 1. art. 3. ad 4. prædestinatio supponit præscientiam

fu-

futurorum: atq: adeo Deus praedestinavit etiam opus Incar-
nationis in remedium humani peccati: ibid. q. 1a art: 5: et 6:
ut evincat Incarnationem esse non debuisse sub initium, aut
finem mundi se se recipit ad praescientiam eorum, qui pa-
raturi forent hoies, si tunc Incarnatio fieret. 4o q. 6a de
,, verit. art: 3: liberum arbitrium deficere potest a salute: tamen in
,, eo, quem praedestinat tot auxilia adminicula praeparat quod vel
,, non cadat, vel si cadat quod resurgat: sicut exhortationes, et suf-
,, fragia orationum donum gratiae, et alia huiusmodi quibus Deus ad=
,, miniculatur hoi ad salutem. 5o ibid. q. 17a art: 10o ea quae a
solo Deo fiunt ab iis, quae praeparantur, ut fiant per hoies
,, distinguit, et addit: praedestinatio quasi quaedam praeparatio
,, dicitur. Hoc autem aliquis praeparat, quod facturus est ipse, non
,, quod alius. Quaedam vero explent operatione causarum aliarum sive
,, naturalium, sive voluntariarum. Et haec inquantum per alias
causas complentur non sunt praedestinata; sunt tamen praescita:
,, ...id quod ex nostro arbitrio est praedestinationi subesse dicitur
,, per accidens: 6o lectione 5a in caput 6um Johannis ad haec
verba nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum,
ait hoiem variis modis ad fidem trahi, scilicet vel persuasione,
vel interna revelatione vel miraculorum operatione, vel blandi-
tiis, vel admirabili delectatione, et veritatis amore. Non alias
hic novit motiones, nisi morales, quibus ho dissensurus, vel
consensurus praevidetur per scientiam mediam.

Respondeo ad 1m Non hic aliud docet sanctus Thomas, ac 1a 1ae q.
,, 112a art. 3: ad 1um ubi scribit: defectus gratiae prima causa est ex
,, nobis; sed collationis gratiae prima est ex Deo causa secundum
,, illud Oseae 13o perditio tua, Israel: tantummodo ex me auxilium
,, tuum; Loquitur sanctus Thom. non de divinis aeternis, praedefinitionibus.

sed

sed de illa quæ nunc fit gratiæ oblatione, et collatione penes Deum, et acceptione penes hoem. de divã collatione statuis Deum nunc õibus suam offerre gratiã, n̄ conferre "tamen õibus; quibus autem divinus datur misericorditer datur; "quibus n̄ datur, ex iustitiã n̄ datur in pœnã præcedentis pcti "saltem originalis, ut Augustinus dixit in lib. de correptione "et gratia. Dus Aquinas p. 1. q. 23. art. 3. ad 2.m de Dei oblatione, deq. hois acceptione hæc habet loco ab adversariis "laudato: Deus lumen suum õibus offert, qd tamen ab õibus n̄ "pcipitur, sicut nec lumen solis a cæco; itaq. qd gratia offeratur, et conferatur ex Deo est. qd accipiatur ex Deo est, et ex hoe hoc solius hois est gratiã repellere, seu n̄ accipere.......ad 2.m Prædestinatio ad gratiã, et gloriã supponit præscientiã eorũ, quæ ad ordinẽ n̄ralẽ ptinent. Incarnationis etiã prædestinatio supponit originalis pcti præscientiã; sed hæc Medicis minime favent: nam hæc ipsa præscientia sine aliquo decreto n̄ est........ad 3.m Deus quidẽ præscivit eventus oẽs futuros, si Incarnatio hoc, aut illo tempore fieret, n̄ tamen ante decretũ, et p scientiã mediã, sed p scientiã liberã decreto innixam. Medici illud oẽ arripiunt, quo præscientia conditionatorũ adstruitur. Hæc sane ab utrisq. agnoscitur a nobis quidẽ post decretũ ab illis ante decretũ. Nihil itaq. proficiunt ex conditionatorũ præscientia, ex eaq. pperã scientiã mediam colligunt, nisi demonstrent eam antevertere decretum oẽ......ad 4.m Quæ irrita sunt adminicula Dei pmissu, et voluntatis nostræ vitio sunt irrita: quæ salutẽ afferunt hanc afferunt Deo decernente, ac præmovente, nobisq. consentientibus. Quid hæc ad scientiã mediã:......

ad

,, ad 5.m Praescientia Dei (ait Sctus Thom: 2.a 2.ae q: 174.a art: 1.o) ,,
,, pt esse bonorum, et malorum: praedestinatio est bonorum tantum:
praedestinatio neque proprie accepta, ut est ratio transmissio=
nis creaturae rationalis ad vitam aeternam, ut ab Angelico defi=
nitur. Quamobrem laudatis in locis Sctus Thom: excludit a
praedestinatione ita sumta operationes causarum sive naturalium,
sive voluntariarum, quae nihil ad salutem conferunt quin
tamen eas subducat praedestinationi generatim sumtae
,, quatenus est ordinatio creaturae ad finem aliquem: Id autem
,, quod ex nostro arbitrio est praedestinationi proprie sumta acceptae
,, subesse dicit per accidens: neque enim per se, et natura sua, sed
ex divina voluntate, et praeparatione ei convenit, ut subsit
gratiae, et praedestinationi ..... ad 6.m Obruunt Sctii Thomae
,, testimonia adversarii: Addit enim: sed quia non solum revelatio
,, exterior, vel obiectum virtutem attrahendi habet, sed etiam interior
,, instinctus impellens, et movens ad credendum: ideo multos trahit
,, pater ad filium per instinctum divinae operationis moventis inte=
,, rius cor hominis ad credendum ad Philipp: 2.o Deus est qui operatur
,, in nobis velle, et perficere .... Prov: 21.o cor Regis in manu
,, Domini: quocumque voluerit inclinabit illud. Haud aliter ea Xti
verba explicat [illegible] lib: 1.o Sanctus Augustinus contra duas epistolas
,, Pelagianorum cap: 19.o non ait, duxerit, ut illic aliquomodo intelli=
,, gamus praecedere voluntatem. Quis trahitur si iam volebat? et ta=
,, men nemo venit nisi velit. Trahitur ergo miris modis ut velit
,, ab illo, qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari; non ut
,, homines, quod fieri non pt nolentes credant; sed ut volentes ex no=
,, lentibus fiant. At haec scientiae mediae monumentis interse=
renda sunt.
Duo autem observanda 1. Angelici sententiae ab Medicis protractae

1816

respiciunt ad futura absoluta, quæ quidem ad scientiam mediam non pertinent. Si eorum cognitionem Deum non tribuant ante decretum, quod unum, vel maxime adversariis curæ esse debet.

Paragraphus 6.

Expenduntur momenta rationis, quibus præsident Medistæ.

Obicies 1.º Per scientiam mediam libertas nostra cum divina gratiæ virtute pulcherrime conciliatur: secus vero positis decretis prædeterminantibus.

Respondeo. Ita quidem Molina disputat. At ita olim disputabant Semipelagiani, quibus tamen nec Prosper indulsit, nec Hylarius, nec Augustinus. Iurieus etiam ex Bossueto quærebat qui liberum arbitrium aut agendi, et non agendi facultas cum efficaci gratia, et decretis æternis componi possit. At illustrissimus Antistes admonitione 3.ª paragrapho 10.º cum se frustra Thomistarum, aliorumque Catholicorum doctorum umbra protegere ita demonstrat: plurimæ sunt veritates credita necessariæ, quas conciliare non possumus. Si Socinianus quispiam pari ratione diceret: vellem Iurieus Dei unitatem cum Trinitate conciliaret: an is eam in se reciperet conciliationem, atque ad illud supremi entis arcanum exponendum aggrederetur: an non potius eo se de hoste triumphum agere existimaret, ubi eum ipsum edoceret duo hæc æque revelata esse, atque adeo ut ut se habeat res, humanæque mentis infirmitas huic impar sit conciliationi necesse esse, ut ea componat, et colligat divini entis infinitas: sed ne uni tantum mysterio adhæreamus quid aliud est fides nostra quam sanctarum series veritatum, quæ nostram vincunt intelligentiam, quasque

non

non crederemus, sed compertas haberemus summa cum eviden=
tia, si clara, accuratoq: methodo eas conciliare liceret: nos
quippe tum nihil earum lateret; sed capita, et fines, nodosq:
et nodorum solutiones perspiceremus. Quod sane in hac vita non
conceditur, sed in futura, ubi fides non erit, sed visio. Interim
credere opus est et fide componere quod intelligentia non pos=
„sumus memores Paulini oraculi 2a ad Cor: 10: v: 5: consilia
„destruentes, et omnem altitudinem extollentem adversus scientiam
„dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obse=
„quium Xti„ si qui sint, qui non aquiescant scopulos ubiq:
offendunt„ in Xtiana doctrina, totq: patientur naufragia,
quot finiunt controversias. Obvia enim est ubiq: difficultas,
cui qui se dedunt, pereunt. Atq: ut propius ad rem accedamus
mus Sociniani electionis libertatem in se ipsis experiuntur,
lam dum conciliare cum divina praescientia non possunt, tol=
lunt praescientiam ipsam. Sic circa fidem naufragaverunt, ut
loquitur Paulus 1a ad Tim: 1: v: 19: Calviniani ut praescientiam
aut providentiam tueantur adimunt homini electionis libertatem
Deumq: faciunt necessarium eventuum humanorum omnium auctorem:
circa fidem naufragaverunt. At qui duas simul retinent ve=
ritates, quas alii collidunt, atq: alteram evertunt per alteram;
qui eas ut potest conciliat, et difficultates credendo superat; is
tuto navigat, atq: ad veritatem tanquam ad portum aliquan=
do perveniet. Frustra igitur ad gratiam efficacem, et ad Thomistas
Jurieus provocat. Doctores isti cum Catholicis omnibus longe ab
hominis electione summoveant inevitabilem necessitatem. Si in illa
cum divinorum decretorum immutabilitate concilianda laborant,
difficultate tamen se minime vinci patiuntur, sed scopulos
praetergrediuntur. Hac ibi Bossuetus, et in tractatu de libero
ar=

161

arbitrio, in quo pro physica promotione pugnat primo libertatem in hoc eamque electionis demonstrat: 2.º ostendit a Deo omnipotente nostram regi libertatem, nostrasque actiones administrari: 3.º evincit vel sola ratione nos adstringi ad credendum duas illas veritates, tametsi nullum nobis suppeteret eas simul conciliandi medium. Videantur quae diximus de gratia sufficiente et efficaci cap. 4.º in quo tentatur gratiae, et libertatis nostrae conciliatio.

Obiicies 1.º Scientia media et libertatem nostram maxime servat, et dum facit ut Deus ante decretum cognoscat in causa est, ut divina cognitio nobis impervia sit, et summopere admirabilis.

Respondetur. Scientia media dum huic favet libertati causam primam in secundam, secundam in primam convertit, Deum creaturae subiicit, hanc illi praeficit. Siquidem vult creaturam determinare se ipsam, et Deum ...... cognitio non est admirabilis, sed nulla, si nullum supponatur decretum.

Obiicies 2.º Effectui, qui est, respondet causa, quae est, ergo effectui qui esset, respondet causa non quae sit, sed quae esset. Atqui futurum conditionatum non est, nec erit, sed esset si etc. ergo ut sit futurum non requiritur decretum Dei quod sit, sed quod esset.

Respondetur. Hoc argumento si quid valet aeterna Dei decreta omnia abolentur. Siquidem sicut effectui, qui est, respondere debet causa, quae est, ita effectui qui erit respondere debet causa, quae erit. Atqui futurum sive absolutum, sive conditionatum non est, sed erit, ergo non requirit decretum quod sit, sed quod erit, nimirum dum erit id, quod nunc est futurum. Rationi porro, et fidei adversatur hoc consectarium, nec ipsis placet Molinianis,

ta=

tametsi ex eorum fluat principiis. Itaque sicut ad futurum absolutam requirit decretum actu præsens, quia rei, quæ erit præsens est futuritio absoluta, ita verum est dici eam esse absolute futuram, ac determinatam esse ad existendum certo quodam tempore. Ita qui actu verum est conditionate futura aliquando fore si poneretur conditio, requirit decretum aliquod de illius futuritione potius quam non futuritione, si conditio poneretur cum inter conditionem et eventum nulla supponatur connexio intrinseca. Videatur sanctus Thomas 1ª p: q: 16: art: 7: ad 3um.

Dissertatio
De divina voluntate
Capitulum unicum.

Primo. Voluntas est pondus, seu inclinatio, qua natura rationis compos erga bonum afficitur, eidemque conjungitur. Est ergo perfectio simplicissima, proindeque vere, ac proprie deo tribuenda est.

Secundo. Divinæ voluntatis objectum est ipsa divina bonitas finis est ipse deus. Creaturæ quidem a deo amantur per „se, amantur ut ad deum referuntur, seu in deo ipso. Deus „vult et se esse, et alia; sed se ut finem, alia vero ut ad „finem inquantum condecet divinam bonitatem etiam alia „ipsam participare. Sanctus Thomas 1ª p: q: 19: art: 2: et q: 23: de verite art: 1: ad 9um.

Tertio. Divina voluntas etsi in se simplicissima, multiplex est si penes res concipiatur. Nam 1º distinguitur in voluntatem beneplaciti, qua deus quod sibi placet vult, quæque ab Apostolo ad Rom: 12: dicitur voluntas dei bona, et bene placens, et per=

perfecta: et voluntatem signi, quæ tamen voluntas non est, sed voluntatis signum, cujusmodi quintuplex designatur, præceptum nempe, prohibitio, permissio, consilium, operatio. 2° in necessariam, qua Deus ita se ipsum diligit, ut non possit non diligere, et liberam, qua Deus ita creaturas vult, et amat, ut nec velle possit, nec amare. 3° in absolutam, et conditionatam, de qua supra, ubi de decretis, et futuris absolutis, et conditionatis. 4° in antecedentem, et consequentem. Hæc vero ratio non respicit ad humanæ voluntatis consensum. Nam voluntas divina, ut est actus misericordiæ hominis semper antecedit consensum, tametsi eum consequatur ut est actus justitiæ: quocirca Tertullianus inquit: Deus de suo misericors est, de nostro justus. Itaque hæc distinctio petitur ex diverso rerum statu. Antecedens enim est voluntas, quæ vult rem per se se absolute spectatam: consequens, quæ vult rem modis suis, omnibusque circumstantiis affectam. Præclare Sanctus Thom. 1a p. q. 19. art. 6. ad 1m. Secundum quod bonum est, sic est volitum a Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione secundum quod absolute consideratur bonum, vel malum; quod tamen prout cum aliquo adiuncto consideratur, quæ est consequens consideratio, e contrario se habet. Sicut hominem vivere est bonum, et hominem occidi est malum secundum absolutam considerationem: sed si addatur circa aliquem hominem, quod sit homicida, vel vivus in periculum multitudinis, sic bonum est eum occidi, et malum est eum vivere. Unde potest dici, quod judex justus antecedenter vult omnem vivere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Similiter Deus antecedenter vult homines omnes salvari, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ justitiæ.

quarto

Quarto. De divina erga hominem dilectione volunte egimus in commentario de gratia adversus Jansenii propositionem. Restat ut primarias voluntatis characteres expendamus. Is est libertas; deum libere agere inficiatur Spinosa in Ethica, et Montesquieu in epistolis Persicis, itemq. in spiritu legum. Nihil utilius praestari posse arbitramur quam ut ictibus, qui undiq. irruunt, vel ut agmine facto prosternant. Sed alio nos vocant angustiae temporis.

Dissertatio

De divina providentia.

Providentia, teste Angelico 1. p. q. 22. art. 1. est ratio ordinis rerum in finem. Is providere dicitur, qui ordinem rerum constituit et exequitur, seu res ad finem dirigit. Quamvis deus ipse sit finis ultimus creaturarum quidem aliarum ad alias, sed omnium ad se ipsum refert.

Propositio

Deus omne universi rei ditione sua continet, et providentia moderatur.

Gonetti Vicarius generalis affirmat

Universum a Deo administrari fuse demonstrare solent qui religionis naturalis adornant vindicias. Nos iis contenti sumus, quae Grotius exhibet pauca, sed solida lib. 1. paragrapho 10. Deo dei providentia regi hoc universum inde apparet, quod non tantum homines quippe intellectu praediti, sed et aves, et ferae, quadrupedes, quibus aliquid est quasi vice intellectus, curas habent eorum, quae a se producta sunt. Quae affectio cum pars sit bonitatis a Deo removenda non est; eoq. magis, quod sit ipse et omnium sciens et omnipotens, ita ut non possit non cognoscere ea, quae aguntur, aut agenda sunt, eaq. ipsa temperare ac dirigere facillime possit...... 2. Malum autem errare eos, qui hanc pro-

providentia caeli orbib. includunt cum ex ratione jam al-
lata, et ad res ob. conditas vim suam exerente apparet: tum
inde etiam qd astrorum cursus, ut Phorum potissimi agnoscunt,
et experientia satis demonstrat ordinati sint ad usum hom.
Aequum autem est, ut magis curet id, cujus gratia est aliud
quam qd in usum alterius comparatum est......... 3° neque minus
falluntur, qui universalia ab eo curari volunt non et singula-
ria. Nam si ignorari a Deo singularia volunt, qd quidam
profitentur, ne se ipsum quidem Deus agnoscet. Neque vero infinita
erit scientia, qd jam ante conclusimus, si ad singula non exten-
ditur. Quod si haec illa cognoscit Deus quidni et curet prae-
sertim cum et singula, qua singula sunt ordinentur ad finem
certum cum peculiarem, tum universalem: et ipsa rerum genera,
quae a Deo conservari illi ipsi auctores agnoscunt non sub-
sistunt, nisi in singulis, ita ut si singula sejunctim possint
abdicata a divina providentia possint et ipsa generatim. 4° pro-
videntia divina circa res hom. non leve argumentum et Phi. et
Historici agnoscunt in conservatione Rerumpublicarum. Primum
universim, qd ubicumque ordo ille regendi, parendique receptus
est, manet semper: deinde saepe etiam specialiter in longa du-
ratione hujus, aut illius formae imperii per multa saecula, ut
Regii apud Assyrios, Aegyptios, Francos, Optimatum apud
Venetos: Quamquam enim humana sapientia aliquid in hoc potest,
tamen si recte consideres multitudinem malorum hom., et quae
extrinsecus nocere possint, et agnatas quasi rebus vicissitu-
dines; non videtur tamdiu imperium aliquod posse subsistere, nisi
peculiari quadam divini Numinis cura; quae evidentius etiam
spectatur ubi Deo visum est mutare Imperia. Nam quibus ille,
tum ad eam rem tamquam sibi destinatam instrumentis utitur,
pa-

pata Cyro, Alexandro, Caesare; His oia etiam quae ab huma
prudentia n pendent flaunt supra votum magis quam fert
solita casibus hanis varietas: quae tanta eventuum similitudo,
et ad certum finem, quasi conspiratio indicium est providae directio=
nis. Nam in alea venerium aliquoties iacere casus esse spr.
at centies si quis eundem jaciat nemo erit, qui n hoc ab
arte aliqua dicat proficisci

Obicies 1° cum Epicureis apud Ciceronem de natu Deorum lib: 1°
Si in ipso mundo Deus inest aliquis, qui regat, qui guber=
net, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitu=
dines, ordinesq: conservet, terras, et maria contemplans, hoium
commoda, vitasq: tueatur, nae ille est implicatus molestis ne=
gotiis, et operosis.

Respondeo: Epicurei rusticorum potius, quam Phorum more disputa=
bant, dum Deum hois instar concipiant, eiusq: opera
ad humanae mentis judicium revocant, humanisque
" metiuntur viribus. Ajunt primo: concipere non possu=
" mus qui Deus administrare possit quidquid in univer=
" so est. Sed nec bruta concipiunt qui possit homo con=
" struere naves, atq: in Oceanum dominari; qui Regna,
Resque publicas instituat, et moderetur; qui cursum astro=
" rum, qui religionem, qui res divinas pensitet, in trutina:
haec tamen praestari ab homine certo certius est. Neque
vero ambigi potest, quia ens supremum hominum sapien=
tissimum intelligentia magis, atq: magis infinite ante=
cellat, quam homo ipse sapientissimus brutorum stoli=
" dissimum. Ajunt deinde: concipi a nobis nequit qui
" Deus possit cogitationem ad omnia, et singula simul
" entia inferiora convertere. At oculos ad soles attollamus an
"

an non is eodem momento lucem, et calorem repandit in omnes ingentis sellaris partes primam, ejus quamcumque, et abditissimum ferme ad sinum. Cur vero dum creatum lumen loca omnia influxu plane admirabili pervadere cernimus luminum creatori magno, et patri virtutes longe majores, immo immensam adscribere detrectamus; an tanta est cœlum inter atque terram distantia, at quæ apud nos sunt perspicere nequeat. At oculos qui aperiat sibi consius est posse se ad cælum usque visu pervenire. Quidni is, a quo exiistit in homine, cœlum et terra suspiciendi facultas „is, inquam, ipse multo facilius de cælo respiciat, vi„deat omnes filios hominum. De præparato habitaculo „suo respiciat super omnes, qui habitant terram.„ Quod vero ea sit hominis infirmitas, ut facile distringatur, atque opprimatur negotiorum multitudine aiunt tan„dem„ concipere non possumus qui Deus res simul „omnes administret, et dirigat; at Deus sempiternus Dominus, „qui creavit terminos terræ non deficiet, neque laborabit Isaiæ 40º v: 28º eadem, qua exstitit facilitate, regit.„ Omnia cognoscit una tantum cogitatione omnia sciente. omnia agit una tantum omnipotenter actione. Itaque omnibus perinde creaturis, ac uni duntaxat homini prospicere potest, omnesque mundi substantias regere, ac si unum illi eod tantummodo curandum esset. Nam si nos, quorum tam contracta facultas est unum aliquod negotium, quod exploratum habeamus, perficere possumus, cur non Deus eodem jure omnibus vacare possit. Omnia illi comperta

na-

magis sunt, quam vel unum nobis. Ponamus igitur rerum infinitum esse in mundo numerum; quum dei tamen infinita sit cognitio, et potentia, utraque hæc facultas erit obiecto suo apta, et conveniens, siquidem infinitus ad infinitum ita se habet, ut unum ad ~~unum~~ unum.

Obiiciunt secundo Epicurei apud Ciceronem ibidem. "Mino=ra Dii negligunt, nec agellos singulorum, nec viticulas prosequuntur, nec si rubigo, aut grando quidpiam nocet, id Jovi animadvertendum fuit."

R. Nihil ineptius fingi hoc argumento potest: Non ma=gis deum dedecet creare minora, quam facere. Cre=ator porro est; ergo et curator. Deinde eorum, quæ minima inter creaturas sunt, et vilissimæ structura ~~structura~~ summam postulant industriam, et diligen=tiam, atque elegantiam prorsus admirabilem prodit. De culice ita scribit Plinius libro undecimo, capite secundo historiæ naturalis. Rerum natura nus=quam magis, quam in minimis tota est. In magnis siquidem corporibus facilis officina se=quaci materia fuit. In his tam parvis, atque tam nullis, quæ ratio quanta vis, quam inextri=cabilis perfectio. Ubi tot sensus collocavit in cu=lice, et sunt alia dictu minora. Ubi in eo visum pro=

praetendit? ubi gustatum applicavit? ubi odoratum exeruit? ubi vero truculentam illam, et portione maximam vocem ingeneravit? qua subtilitate pennas annexuit? prolungavit pedum crura?... Haec Plinius admirabundus. Quum culices, aliaque id genus insecta Deus elaboraverit. Haud sane eorum rationem habere dedignatur. Qua de re ipse testatur sibi curae esse volucres caeli, et lilia campi Math: 6° passeres Math: 10° capillos capitis nostri Ecclesiastis 6°............tandem ita sunt cum majoribus conjuncta minora, ut sine istis non possint illa administrari. Nam ut animadvertit Plato lapides magnos sine parvis collocare recte posse negant archytecti. Caveamus ne deum, inquit ipse, mortalibus opificibus viliorem putemus. Isti sane quanto peritiores sunt, tanto arte sua, atque parva simul, et magna exquisitius, absolutiusque perficiunt.

di=

Dissertatio

de Praedestinatione.

Primo haec est praedestinatio sanctorum nihil aliud; praescientia sci=
„licet, et praeparatio beneficiorum dei; quibus certissime liberantur
„ quicumq: liberantur: Augustinus lib: de dono perseverantiae cap:
14: praescientia porro ehic Augustino est scientia visionis, seu
rerum futurarum, quas deus ipse facturus est, quam quidem
et praescientiam et electionem, et praedestinationem, et promissionem
saepe cum Augustino vocat auctor librorum de vocatione
gentium. Itaq: de ea praescientia Augustinus loquitur, quae
simul et regnum dei electis decernit, et omnia media, quibus ad
illud certissime perveniant........ Augustino concinit Aquinas
„ p: 1ª q: 23: art: 1º ubi scribit: ratio transmissionis creaturae
„ rationalis in finem vitae aeternae praedestinatio determinatur:
„ nimirum praedestinatio est constitutio directio, et ordinatio eorum
omnium, quibus creatura rationis, libertatisq: compos ad finem, seu
vitam aeternam perducitur.
Secundo Praedestinatio ubi ab Augustino, et Aquinate describitur
est complexio auxiliorum omnium, quae deus homini praeparavit, ut
converteretur, ut adversus tentationes roboraretur, ut proficeret,
ut perseveraret usq: in finem, ut corona donaretur in patria,
in eaq: plenitudinem acciperet lucis et caritatis. Hoc sane
modo nos ehic praedestinationem accipimus in universum
nempe generatim. seu quatenus gratiam, et gloriam complectitur.
Tertio. Equidem deus ab omni aeternitate id quod erat in tempore fa=
cturus praeordinavit, nec substantiam tantum rerum, sed ordinem,
modum, et gradum constituit: quo fit ut peccatorum conversio iu=
storum perseverantia deus gratiae rationes, ac processus ab ipsis
salutis primordiis usq: ad gloriae consummationem nihil sint a=

aliud, quam aeternorum decretorum executio. At uti constat hominem non salvari, nisi in Deo sit huius rei voluntas atque absolutum decretum: ita constat non salvari hominem, nisi ipse velit. Quamobrem ut Petrus salvetur necesse est, ut et Deus Petrum, et Petrus se ipse salvare libere velit.

Quarto. Quaestio igitur esse potest, num voluntas, qua Deus vult salvare Petrum supponat in antecessum aliquam in Petro se se salvandi voluntatem, aut non supponat, adeoque Deus sui virtute decreti faciat per gratiae suae auxilium, ut Petrus se salvare velit. Quo posito praedestinatio est gratuita.

Propositio

Praedestinatio est gratuita.

Primo. Indignatur homo arrogans, dum audit suam sibi sortem a Deo decerni, Deoque primas in salutis negotio deferendas esse; tametsi in quovis gratiae sistemate hanc ipsam accipiat cladem. Ipsum provoco Pelagium. Ponamus Manassen, et ~~alt~~ Amonem debuisse se convertere cum annum agerent 44um. Alteri Deus vitam ad id aetatis concedit, alteri non concedit. Voluit ergo salvare alterum, alterum non salvare. Ergo terribile hoc judicium, et discrimen Deo est tribuendum. Quis hac in re Deo primas inscribere renuet: in quovis ergo sistemate subeunda sunt, quae ex hac positione consequuntur incommoda.

Secundo. Sed haud sufficit discrimen exterius agnoscere; aliud
" interius discrimen nobis exhibet Apostolus 1a ad Cor: 4. v. 7. Quis
" te discernit: quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti
" quid gloriaris quasi non acceperis: Deus suis ipse donis discernit homines. Si quod hanc discretionem non constituit sistema falsum est: .... cum vero non constituit sistema gratiae versatilis. Nam ut ait Augustinus quod commune est non discernit;

quod

qd alteri, et alteri aequale est alterum ab altero n̄ distinguit.
Gratia versatilis communis est bene, et male opanti; in utroque
aequalis est........at neq: concursus esse pt̄ discretionis cau=
sa. Cum deus oib. per aeque offert: ergo eius oblatio n̄ discer=
nit. Cum deus se determinantib. confert: nam hic concursus
huic potius hoi praesto est, quam alteri, quia hic suo se ar=
bitrio determinavit. Ergo eius collatio n̄ discernit saltem pro
loco........illecebrae congruae discretionem istam minime ince=
runt; ea quippe determinationem ex me certo elicere ne=
queunt: earum successus a voluntate pendet, ac proinde huius
et alterius hois voluntatem n̄ discernunt, sed discernuntur a
voluntate.
Tertio. Alterum huius discriminis, atq: electionis principium tradit
Apostus ad Rom: 11: v: 35: Quis prior dedit illi, et retribuetur ei:
quaerere libet ex variorum sistematum architectis an existi=
ment hoem aliquid Deo de suo dedisse, aliquid inquam qd prior
ediderit aliquidq qd n̄ aliunde acceperit. Si verum amant di=
cere, respondet Sti Pelagianos: a deo tantum agendi potestatem,
liberum nempe arbitrium accepi. Plures pro Dei gloria actio=
nes exercui, quae liberi arbitrii potestate additae aliquid sunt
plus quam sine actione potestas........inquit semipelagianus:
Deo dedi initium fidei........Molinianus inquiet: potestatem
supernaturalem accepi, quae quidem addita est libero arbitrio, sed
nihil est aliud quam simplex potestas: ego interim habeo
etiam actionem, quae potestati addita plus est, quam potestas,
eamque ex me ipso edidi........determinationem, quae con=
cursum attraheret dedi refert Congruilta........in contempe=
rationis suavitatis illecebrarum sistemate dicere aliquis iure
poterit: deus me excitavit illecebris, quae tamen suapte sic=

virtute efficere n̄ poterant ut ego me determinarem: siquidem alter iisdem affectus n̄ se se determinaret: ergo siquidem ego me determinavi mea est determinatio .... idem dabis responsum in sistemate delectationis victricis. Nam ut ait Bossuetus tractu de libero arbitrio cap: 16: si huius superioris, et victricis suavitatis consideremus naturā ea oīa ea illi, quæ contemperationi oīa conveniunt. Hæc inquam delectatio, cui infallibilitas liberaliter tribui solet efficax n̄ est, nisi in genere morali, nec phisice producit voluntatis determinationem: atq; ut Bossuetus ibidem cap: 16: movet Dei operatio in sistemate contemperationis, et delectationis victricis humanam quodammodo obsidet voluntatem, sed nihil in ea est, qđ nostram ipsam determinationem immediate attingat. Sola id agit anima: voluntas sola determinationem producit; atq; adeo Deo aliquid exhibet præter id, qđ accepit ...... itaq; sola phisica præmotio demonstrat nihil nos Deo exhibere, ,, qđ n̄ ab eo prius acceperimus, quoniam oīa ab ipso per ,, ipsum, et in ipso. Ipsi gloriā in sæcula, qui operatur oīa in ,, oīb;.

Quarto. Ratio, quia Deus hoim ab hōe sola sua voluntate discernit, eadem apparet in oīb; viis Dñi, eiusq; operib;. Pmō quis inficias ierit humanæ Jesu Xti naturæ prædestinationem fuisse absolute gratuitam: est etiam (ait Augu,, stinus lib: de prædestinatione sctorum cap: 15:) præclarissi,, mum lumen prædestinationis, et gratiæ ipse salvator, ipse ,, mediator Dei, et hoim hō Xtus Jesus: qui ut hoc esset ,, quib; tandem suis vel operum, vel fidei præcedentib; meri,, tis natura humana, quæ in illo est, comparavit: nonne ,, faciente, ac suscipiente verbo ipse hō, ex quo esse

co=

" cœpit filius dei unicus esse cœpit; Nestorianus est, qui aliter sentit. Atqui Jesus Xtus exemplar est praedestinationis nostrae, idemq. de sua, ac nostra praedestinatione dicendum est........ 2. quae magis gratuita, quam Israëlitarum electio. Moyses eos admonuit dicens: ut nec iustitias tuas, nec aequitatem cordis in causa esse cur deus iis dederit terram optimam in possessionem; cum sint durissimae cervicis populus, atq. ex eo die, quo egressus est ex Aegypto, semper adversus deum contenderit. Ubi in animum induxerit quidquid huic populo accidit, accidisse in figura habemus totius veteris testamenti clavem, et facile carnalem illius electionem adcommodamus ad electionem spiritualem veri Israëlitae, qui est electorum coetus........ 3. In huius vitae commoda atque incommoda oculos coniiciamus. An non divina discretio in ipsis pariter ac in iustis se manifestam facit: deliciis ille affluit: alter in aerumnis versatur, ac forte aerumnarum, quibus in omni vita obsitus est perpessio huic misero in aeternitate non proderit. Sed quia in ipsis aerumnis animo male comparatus fuit non secus ac peccator ille in deliciis idem tormentorum genus et poenas aequales efferet, tametsi hic multo magis, quam ille in hac vita fuerit conflictatus........ 4. Sed quum divina iudicia investigemus discretio quam deus in hac parere res omnes instituit exsuperans est discretionis, quam efficit in eius voluntate perq. liberum eius arbitrium. Discretio divina est generalis. Hic integra valetudine ille infirma, hic ingenio praeditus est acri, et versatili, ille ad stupores vergit: hic indole, et temperamento ad pacem, et laetitiam compositus est, ille est ferox tristis, cerebrosus. Quae non inter populos, et populos interest discretio. Conferas namque in Judaea Deus in

193 Tyro, et Sydone, in Macedonia prædicas, nec prædicas simul in Asia, et Bithinia. Non est ambigendum, quin in maximis iis Provinciis salutem adepti fuissent non pauci, infantes saltem accepto baptismate decedentes, si illuc missi fuissent Evangelii ministri: interim vero constat id non evenisse juxta divinæ œconomiæ arcanum. .... Si deniq: si ad discretionem infantium animum advertamus divina se se produnt judicia, nec homini arroganti suppetit quid reponat. Infantes ejusdem sunt naturæ in eodem statu consistunt paria omnia præter æternam eorum sortem. Aliquando parentes baptismum cito citius conferri cupiunt festinant ministri, omnia in promptu sunt: attamen non Deus velit non administratur, tametsi hujus parentes Christiani sint: at ex adverso meretricis filius expositus felicissime abluitur.

Additio.

Prædestinatio est gratuita, quia Deus non ex nostro arbitrio sumit, sed in sua habet voluntate rationem prædestinandi hunc potius hominem, quam illum. Gratuita est quia homo nihil dare Deo potest, quod non a Deo prius acceperit; ac merita nostra, determinationes nostræ, omne quod nobis inest bonum ita sunt divinæ misericordiæ donum, ut nulla, vel minima actio determinatio, inclinatio sit, quæ non a Dei prædeterminantis operatione pendeat. Deniq: prædestinatio est gratuita, quia est universitas illa beneficiorum, quæ prædestinatos a non prædestinatis discernunt. Beneficiorum, inquam, quibus Deus istum sibi potius, quam alium hominem obstringere voluit, quia voluit. Hæc sunt, quæ maxime interest de prædestinatione cognoscere.

At vero in hac serie donorum, quæ Deus ab omni æternitate suis de=

destinavit electis distinguenda sit prædestinatio ad gloriā
a prædestinatione ad actiones, quib. gloria comparatur; an
ordo aliquis sit inter divina decreta, et an prædestinatio
ad gloriam in intentione divina præverterat prædestinationes
ad merita quæstio est inter Scholasticos, quam quidem attin=
gere p temporis angustias nobis minime licet. Sed nec tanti
momenti ea est, ut cum illa, quam nunc agimus conferri
possit. Nimirum hoc unico fundato nitebantur semipelagia=
ni, ut æternam electionem, ac prædestinationem homines ex eorum
meritis suspenderent, quod aliquod bonæ voluntatis, ac fidei ini=
tium aliqua humana merita statuerint, quæ gratiæ Dei opus
non essent, sed gratia potius ad justitiam consequendam, et ad bo=
num opus efficiendum meritoria. Id tradit perspicue S. Aug.
Propter ista ad S. de Prædestinatione Sanctorum. Atque hic præsertim error
summis viribus revellendus est; atque ad Scholasticorum
quorundam opinationes descendamus demonstrandum est illas
quo magis præmotioni physicæ adversantur, eo ad semipe=
lagianorum errorem propius accedere. Hoc quidem nos supra
præstitimus. Sed nihil addere placet ex Petri a Soto vin=
diciis, quas vir clarissimus Augustinus Hosius adornavit.
Petrus a Soto in quibusdam sui ævi thesis ægre ferebat
nonnulla, ac præcipue dogma de prædestinatione quam operum
præsentiones antecedere infitiabantur. Pater Duchesnius
in rerum Baianarum historia, cui nomen centuriam inussit
Romana sedes Petrum durius excipit, quod hanc de prædestinatione
sententiam veritati temptasse, et Ecclesiæ contrariam putaverit.
Occurrit Duchesnio Hosii laudati opusc. cap. II. art. II. num.
7. his verbis. . . . .
Tria ex Duplicem Soto quæsierat. Primo an illa de prædestinatione sen-

sententia falsa esset: 2° an contraria scripturae: 3° an etiam fidei, et apostolicae Ecclesiae definitioni. His autem tribus quaestionibus totidem capitibus ita Bellarminus respondet lib: 2° de gratia et libero arbitrio cap: 11° et sequentibus, ut eum potius Sotum quam Augustinum consuluisse videri possit. Tota in hunc locum ea doctissimi Cardinalis disputatio transferenda esset, sed paucis contentus ero...... Veram esse de praedestinatione gratuita sententiam variis rationibus probat eminentissimus scriptor. Non ex sola, inquit, speculatione nostra, sed ex ipsis sacrarum literarum, et traditionis Ecclesiae fontibus derivatis: prima ratio. Sine fide nemo salvari potest: qui enim non crediderit, condemnabitur Marc. ultimo; fides autem donum Dei est, quod non omnibus datur, sed iis tantum, quibus eam Deus donare voluerit: vobis enim (ad Philippi: 1°) donatum est pro Christo non solum ut in illum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini; Igitur soli illi salvantur, quos Deus gratis salvare decrevit. Praescivit ergo Deus ante mundi constitutionem quibus salutem gratis daturus esset, et hoc ipsum ab ipsa aeternitate decrevit, et praeordinavit; cum Dei scientia, et propositum immutabilia sint. Igitur vera est sententia sancti Augustini de gratuita praescientia, et praedestinatione.

Ad hanc rationem (subjicit doctissimus Cardinalis) duobus modis responderi solet sic tamen ut modus uterque et scripturis repugnet, et a Pelagiana haeresi non recedat. Primo igitur aliqui respondent fidem esse donum Dei, sed hoc donum iis omnibus dari, quos Deus praevidit per bonum usum liberi arbitrii dispositos fore ad illud donum recipiendum; hoc est qui fuerint ante, quod in se est ex viribus naturae.

Haec responsio (quae Molinae est) incidit in illam damnatam

sen-

sentiam Pelagianorum gratiam secundum merita nostra dari, ut copiose tractabimus in 6: libro capitibus 4: 5: et 6: Meritum enim appellant patres in hac quaestione quodlibet opus bonum, ratione cuius gratia, vel auxilium hominibus detur, ut patet ex Augustino lib: 2: ad Bonifacium cap: 8: et ex Prospe=ro libro contra collatorem cap: 6: Et praeter alia argumenta re=fellitur ista solutio ex orationibus illis, quas fundunt pro infidelibus, et persecutoribus. Si enim Deus ordinarie fidem donaret iis, quos ex bono usu liberi arbitrii dispositos esse videret frustra oraretur pro infidelibus maxime obsti=natis, et persecutoribus. Praeterea si res ita se haberet initium salutis esset ex nobis: et petenti Apostolo 1: ad Cor: 4: quis te discernit: quid habes quod non accepisti: respondere posset: discernit me bonus usus liberi arbitrii, et hoc habeo, quod non accepi. Et hoc modo gratia non omnino esset indebita: ac per hoc non omnino esset gratia.

Dicunt ergo alii: idem esse donum Dei, sed non omnibus dari, quia non omnes volunt accipere (Deum enim omnes vocare, et auxilium sufficiens omnibus praebere, quo possint credere si velint) proinde praedestinationem pendere ex praevisione boni usus gratiae suf=ficientis: illos enim esse praedestinatos, quos Deus praevidit cooperaturos gratiae sufficienti, et inde credituros: illos esse reprobatos, quos praevidit gratiae sufficienti non cooperaturos, et inde non credituros. Verum et Deus hac solutione, de qua, ut et de superiore jam diximus quod a Pelagiana haeresi non recedit, verum ait quod repugnat apertae sacris literis; id probat variis sacrarum litterarum testimoniis, quae plane, et aperte demonstrare videntur ad rem ipsam et actu credendum praeter gratiam sufficientem necessariam esse aliam specialem gratiam

ef..

efficacem, quæ ita suadeat, ut persuadeat, et quod Deus non omnibus tribuat. non enim omnium est fides; neque omnibus donatum est, ut in Christum credant, neque omnes sunt docibiles Dei, seu docti a Deo; neque omnium corda aperit Deus, sed eorum tantum, quibus voluerit Filius revelare, et qui ad æternam vitam, aut hæc saltem dona reapse consequenda efficaci Dei intentione, ac voluntate præordinati sunt. Aliis deinde rationibus ejusdem Augustiniani dogmatis veritatem demonstrare aggreditur quæ apud ipsum videri commode possunt.

Secunda Dominicani Theologi quæstio erat an sententia constituens prædestinationem post operum prævisionem sit non solum falsa, sed etiam sacræ scripturæ contraria. Sed hanc quæstionem optime in lumine collocat Bellarminus perspicuis Evangelii et Apostoli testimoniis sequentes demonstrans propositiones: 1° quosdam electos esse ex omni genere humano, 2° electos esse ad regnum cælorum, 3° electos efficaciter, et infallibiliter ad regnum pervenire, 4° electos omnino gratis. Denique electos esse ante operum prævisionem. Singulas hasce propositiones variis, ac diversis cum Evangelii, tum Apostoli testimoniis confirmat, et illustrat: sed in eo potissimum enucleando immoratur, quod ex cap. 9 ad Rom. proferri solet: cum nondum nati essent etc. „quoniam, inquit, illum præcipue Ambrosius Catharinus et alii recentiores non recte exponunt."

Tertio loco quærebat Sotus an illa quorundam Theologorum opinio de prædestinatione prævisionem operum consequente non solum falsa esset et veritati, et scripturæ contraria, sed etiam fidei et apostolicæ doctrinæ. Nullus dubito, quin vel hanc tantum quæstionem proposuisse, idque vel in controversiam vocasse pro temerario ausu Molinianorum Theologorum judicio habendum sit.

pro

Propterea enim solum cum Baio, et Iansenio comparandus existimavit. Sed videamus cuiusmodi fuerit laudati Cardinalis de hac eadem quaestione iudicium.

Probari, inquit, potest veritas praedestinationis gratuitae ex traditione Ecclesiae. Nam quamvis ante exortam haeresim Pelagianam veteres patres quaestiones istas non adeo accurate tractaverint, sed tantum occasione oblata, breviter sententiam suam aperuerint, ut Augustinus docet lib: de bono perseverantiae cap: 19: qui ibidem capite 19: Cyprianum, Ambrosium, et Nazianzenum pro hac sententia citat: tamen post illam haeresim exortam omnes illi, qui sanctitatis nomine in Ecclesia claruerunt hanc ipsam sententiam apertissime docuerunt; ut perspicuum est ex sancto Augustino in libris de praedestinatione sanctorum, et de bono perseverantiae, in lib: de correptione, et gratia in epistola 105: ad Sixtum, et alibi passim: ex sancto Prospero in 2: lib: de vocatione gentium cap: 1: et ultimo in lib: contra collatorem extremo, et in responsionem ad capitula Gallorum: ex sancto Fulgentio in libr: de Incarnatione, et gratia extremo: ex sancto Gregorio lib: 1: dialogorum cap: 8: sancto Anselmo, Beda, Primasio, Sedulio, et aliis in cap: 9: epistola ad Rom: sancto Bernardo in serm: 23: et 78: in Cantica, sancto Thoma p. 1ª q: 23: et sancto Bonaventura in primum sententiarum distinct: 40: q: 2:

Neque soli isti patres hoc affirmant, sed antiquiores, et doctiores ex ipsis, quos ceteri postea secuti sunt, ad fidem Catholicam hanc sententiam pertinere tradiderunt et contrariam ad Pelagianos reiiciunt. Notabo aliqua loca, ut ii qui forte contra sentiunt, intelligant ex iudicio sanctorum patrum in quam manifesto errore versentur. Sancto Augustino lib: de dono perseverantiae cap: 19: hac scio, neminem contra istam praedestinationem quam secundum Scri-

„ scripturæ sanctæ defendimus nisi errando disputare potuisse:
„ Et cap: 13: prædestinationis hujus fidei, quæ contra novos
„ hæreticos nova sollicitudine nunc defenditur, nunquam Ecclesia Xsti non
„ habuit. Stus Prosper in responsione 1ª ad objectiones Gallorum:
„ prædestinationem Dei nullus catholicus negat. Et in epistola ad
„ Rufinum de libero arbitrio prædestinationem tam impium est
„ negare, quam ipsi gratiæ contraire. Neque responderi potest eum
loqui de prædestinatione in genere non de prædestinatione
mere gratuita: loquitur enim de prædestinatione, quam Stus
Augustinus defendebat et quam Cassianus, et aliqui alii in Gal-
lia oppugnabant. Stus Petrus Diaconus in lib: de Incarnatione
„ et gratia Xsti cap: 8. anathematizamus Pelagium, Celestium
„ simulque Julianum, Eclanensem, et qui illis similia sapiunt
„ præcipue libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de Monasterio
„ Lerinensi provectus est quos contra prædestinationis sententiam
„ scriptos esse non dubitamus. Stus Fulgentius in libro item
de Incarnatione, et gratia cap: ultimo in ipso epilogo:
cujus prædestinationis veritatem, qua nos ante mundi con-
stitutionem prædestinatos in Xsto dicit Apostolus si quis de-
trectat cordis credulitate recipere, vel oris confessione pro-
ferre; si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ
contumaciam, qua Deo vivo, et vero rebellis existit non
abjecerit: manifestum est eum non pertinere ad eorum nu-
merum, quos Deus in Xsto ante mundi constitutionem gratis
elegit, et prædestinavit ad regnum.

His accedit publica Ecclesiæ probatio. Constat enim delatam
fuisse ad Apostolicam sedem Celestino Pontifice a Prospero, et
Hylario querimoniam, quod in Gallia Presbyteri quidam
doctrinam Sti Augustini de prædestinatione reprehenderent.

quid

Quid autem Calestinus rescripserit perspicuum est ex epistola eius ad Gallos, in qua inter cetera, posteaquam magnis laudibus Augustinum extulit ita subiungit: "unde resistamus talibus, quos male credere videmus: nefas est hoc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt vos quoque convenit macerari."

Et quoniam Galli respondebant fuisse quidem a Pontifice commendatam sancti Augustini doctrinam, sed non approbatos in specie libros illos duos de praedestinatione sanctorum, et de dono perseverantiae; contra hos Prosper in lib: contra collatorem extreme demonstrat Pontificem non potuisse hos libros non approbare, cum Augustini doctrinam probaverit, et hi libri a ceteris non dissentiant: nam gratia de praedestinatione gratuita, quae in his libris accurate defenditur, disertis verbis habetur in Enchiridio, in epistola 105. ad Sixtum, et 106. ad Paulinum.

Deinde Calestinus in ea epistola cap: 2: ita laudat Augustinum, ut dicat eum semper habitum a Romana Ecclesia pro magistro optimo, et nunquam eum fuisse saltem rumore sinistrae suspicionis aspersum. At quomodo ita dicere potuisset Calestinus, si Augustinus falso scripsisset fidem praedestinationis in Ecclesia Catholica semper fuisse, et contra eam neminem, nisi errando disputare potuisse: nam si Augustini de praedestinatione sententia falsa esset non posset idem Augustinus ab ingenti temeritate defendi; quippe qui non solum tam acriter pro falsitate certasset, sed etiam eam pro fide Catholica venditare ausus esset. Quomodo igitur Calestinus eos, qui pro hac ipsa re Augustinum temeritatis, et erroris damnabant ita reprehendit ut dicat nefas esse talia audire; et Augustinum

pro

pro magistro optimo semper habitum, nec fuisse unquam saltem rumore sinistrae suspicionis adspersum nisi hanc ipsam de praedestinatione doctrinam secundum Augustini sententiam veram esse credidisset.

Post illa Caelestini tempora cum nondum factio illa Gallorum conquiesceret; sanctus Leo Pontifex misit ad concilium Arausicanum certa capitula de gratia, et libero arbitrio ex libris sancti Augustini verbatim decerpta, quae voluit ab Episcopis illis recipi, et subscribi; ut etiam factum est. Porro in illis capitulis continentur omnia fundamenta sententiae de praedestinatione gratuita, ut non possit ullus praedestinationem negare, nisi velit illis capitulis contraire.

Denique sanctus Gelasius in concilio 70. Episcoporum non solum probavit omnia scripta sancti Augustini, et sancti Prosperi, sed etiam contra damnavit libellos Johannis Cassiani, et Fausti Regiensis; cum tamen non ignoraret potissimam contentionem inter Prosperum, et Cassianum, et deinde inter Fulgentium, et Faustum de scriptis sancti Augustini de praedestinatione sanctorum, ea bono perseverantiae fuisse. Itaque sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam 2. et 3. adversus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiae, et praedestinationis sententiam tulit, ut iam haec sententia non quorundam doctorum opinio, sed fides Ecclesiae Catholicae dici debeat....... haec Horsi ex Bellarmino.

Diluuntur obiecta.

Obiicies ex sacris litteris. Praedestinatio saltem quatenus se refert ad gloriam non est gratuita. Nam 1. gloria dicitur merces Math: 5. et corona iustitiae 2. ad Tim: 4. .... 2. Math: 25. Xtus ita alloquitur electos: venite benedicti patris mei, possidete
" paratum vobis regnum a constitutione mundi. Causam addit;
" "
e-

" esurivi enim, et dedistis mihi manducare, ... 3: praescien-
tia praedestinationem praevenit .... et compensatio causa
est conglorificationis ad Rom. 8: 17: quod certo certa sit, aut
" deus electio nostra ex nobis est 2: Petri 1: satagite, ut per
" bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. Et
Apocalyp. 3: tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam"
.... 6: Deus pollicitationibus suis ubiq: legem apponit,
aut conditionem. Ergo praedestinationis decretum est absolutum.
Respondetur praedestinatio ad gloriam non sit non esse gratuita si-
quidem gloria meritis virtute gratiae comparatis rependitur:
dona quippe sua Deus voluit esse merita nostra, ac proinde
utraq: simul coronat. An vero ita gratuita sit, ut ne a me-
ritis quidem pendeat vi gratiae partis; an decretum, quo
eam deus largiri vult, et distinguatur, et separatum a de-
creto, quo vult largiri gratiam; expendere animus nobis non
est tametsi satis accurate loqui videantur, qui praedestina-
tionem ad gloriam constituunt ante praevisionem meritorum
ex gratia. Itaq: gloria, et merces, et corona iustitiae a con-
stitutione mundi parata sit, qui gratia adiuti legitime
certaverint et gratiae obtemperaverint. Nam gloriam im-
merentibus quidem destinatur, sed non confertur nisi merentibus:
ac proinde in intentione prorsus gratuita est in executione
pariter est gratuita, etiamsi rependatur meritis, quia haec
" ipsa merita nostra sunt ex gratia. Quod ait Apostolus, quos
" praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis filii
" sui eum habet sensum, quem praedestinationis definitio
ex Augustino producta et exposita in limine huius di-
sertationis. Conferatur iuxta Thomas in hunc Apostoli locum.
Haec est Pauli sententia: quos praescivit, id est praelegit pra-

praedilexit, et praedestinavit suo voluit decreto confor-
mes fieri etc. Scriptura, et patres huic favent explana-
" tioni. Paulus ipse ad Rom. 11. v. 2. ait: non repulit
" Deus plebem suam, quam praescivit. Ad hæc D. Thomas: non
" repulit plebem suam totam, quam praescivit, idest prae-
" destinavit. Ita prorsus sicut Petrus epist. 1. cap. 1. electis ad-
" venis secundum praescientiam Dei patris in sanctificatione
" Spus. Idest secundum scientiam probationis, et praedilectionem.
Idcirco Augustinus lib. de dono perseverantiae cap. 18. in-
" quit: ubi ait Apostolus: non repulit Deus plebem suam, quam
" praescivit: praedestinationem significare voluit. Praescivit er-
" go reliquias, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse
" facturus. Hoc est ergo praedestinavit. Sine dubio enim prae-
" scivit si praedestinavit; sed praedestinasse est hoc praescisse
" quod fuerat ipse facturus; et cap. 19: quid ergo nos pro-
" hibet quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus
" Dei praescientiam et agitur de vocatione electorum eandem prae-
" destinationem intelligere. Quibus quidem Augustinus nobis viam
aperit ad aliorum patrum mentem tuto extricandam. Nam Am-
brosius lib. 5. de fide cap. 2. scribit: non ante praedestinavit,
quam praesciret, sed quorum merita praescivit, horum praemia
praedestinavit. Hoc in loco Ambrosius haud sane vult meri-
ta ante Dei decretum, et electionem praesciri, perinde ac ea
non electionis effectus sint, sed causa. Praedestinatione quippe
" Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus: Augustino
teste. Censet igitur fortasse Ambrosius Deum non ante praede-
stinasse, quam praesciret, sed simul eodem decreto merita,
quae erat ipse in nobis facturus praescivisse, et praemia
praedestinasse, siquidem ut ait Augustinus praedestinatio sine
prae-

Quens Secundus

„praescientia n͂ ẽt esse: aut si duplex est praedestinatio
ad gloriã, altera ad gloriã absolute, altera ad gloriã, ~~et quasi~~
ut praemiũ mercedem. Ambrosius vult meritorũ praescien=
tiã antecedere praedestinationẽ ad gloriã n͂ quidẽ absolutẽ
inspectã, sed inspectã ut mercedẽ meritis gratia comparatis
tribuendã, quo sensu conglorificatio compassioni adiudicatur.
Video huic veritati adversari duas incertorũ auctorum lacinias;
„la praescientia virtutis praedestinatio fit remunerationis: ita le-
gimus cap: 3: libri de praedestinatione, qui falso olim inscribe=
„bat Augustino. Quos praescivit conformes futuros in vita voluit
„ut fierent conformes in gloria; Legimus in commentarios epla
ad Rom: qui quidẽ habebat Hyeronimi, sed Pelagio restitutus
est. . . . . qd addit ex D. Petro ita exponit a meris criticis:
satagite ex: nempe p bona opa, sive virtutes ante ibidẽ re-
censitas, quarũ studiũ est signũ electionis suo modo certũ;
vel quia firmat hõ Xpianus, ne a sua vocatione, et elec
tione, hoc est ab eo, ad qd vocatus, et electus est excidat. dare
operã ut et vocatio, quae vobis contigit p Evangeliũ, nempe
misericordia Dei, quae vos Xpianos fecit, et electio eam secu-
ta, qua facti estis Dei populus, ad quẽ promissa liberatio
ptinet ratae sint, idest speratũ eventũ consequantur, seu ut
nos, praestantes conditiones, quas Deus exigit, et tollentes im=
pedimenta a parte nostra capaces simus promissorum et
beneficiorũ Dei. Hæc phrasis n͂ pt referri ad promissa
Dei a nobis rata facienda, quia certo et immutabiliter ra-
ta iam sunt; neq: nostri est id facere, sed Dei eorũ prae=
statione. Electionis confirmatio ehic intelligit n͂ rationẽ
Dei, cujus consiliũ aeternũ ac stabile est ad Rom: 11: v: 29:
sed ratione conscientiae nostrae cum nostra sive in meritis ro=

nostris, quae ex bonis oper(ibus), ut propriis effectis probat causam procreantem, nempe vocationem, et electionem; tum alie-nae; nam per bona opera aliis suademus nos esse electos...
......laudatis Apocalypseos verbis, aliisq(ue) affinib(us) deus ad-hortatur iustum ad perseverantiam, ne coronam amittat, quae prae-senti eius iustitiae debetur. Nam corona perseverantib(us) tantum, atq(ue) ad finem usque in iustitia permanentib(us) confertur; sed iusti dum iusti sunt ius habent ad gloriam, a quo excidunt per peccatum. Quamquam vero qui a deo ad gloriam electi sunt non possint non salvari; quia tamen lubentes et volentes salvantur, admonendi sunt, et comminationib(us) etiam concutien-di, ut salvari velint, et teneant quod habent, idest gratiam non reiiciant, sed servent, ne coronam praesenti eorum pro-bitati debitam alii, qui nullum nunc ius in eam habent gratiae obtemperantes, in eaq(ue) persistentes, accipiant. Equi-dem corona amitti nequit, si destinata sit absolute: sed ut ait sanctus Thomas 1a p(arte) q(uaestione) 23a art(iculo) 6 ad 1um corona gloriae destinata electis accipi potest primo ut ad divinam ipsam prae-destinationem refertur, atq(ue) hac ratione amitti nequit: 2o ut debetur praesenti iustitiae, qua quis filius Dei et haeres vitae aeternae constituitur: quo sane modo inspecta corona gloriae amitti potest. ....Postremum quod obiicitur sententiae nostrae non officit. Sed canones nobis exhibet Augustinus, quo possimus divina explicare responsa, in quib(us) deus aliquam alicui pollicita-tioni conditionem adiungit aliquid ab homine requirit, dum eidem aliquid sperandum proponit. Passim occurrunt in sa-cris litteris eiusmodi oracula. Revertimini ad me, et ego re-vertar ad vos, ait deus exercituum, Zach. 1. v. 3. et Malach. 3

3: v. 7: Id fac, et vives, Luc: 10: v: 28: qui crediderit salvus erit, qui n̄ crediderit condemnabit. Marc: 16: v: 16: si in spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Ad Rom: 8: v: 13: quicumq: perseveraverit usq: in finē salvus erit. Math: 10: v: 22: petite et accipietis; Luc: 11: v: 9. Alibi ipse Deus promissionum suarum executionem affigit legis aut conditionis alicuius quam addit implemento. At si Augustinum, si Fulgentium, si Thomam, si patres D. tradros audiamus legis, aut conditionis quam promissioni suae Deus adiungit implementum tam donum Dei est prorsus gratuitum, quam promissionis ipsius executio.

Obiecta ex sitis patrib. ducta.

Pmo. plura ex patrib. graecis adversus gratuitam praedestinationem proferri solet. Matheus Petitdidier Benedictinus in bibliotheca dupinii tom: 1º cap. 4º animadvertit nonnullos huius Aevi eruditos viros inconsulto sibi suadere duas in Ecclā fuisse circa gratiā traditiones: alteram in Ecclā graeca quae nova; alteram in latina quae gratia faveret: quo factum sit, ut Augustinus ab aliquib. deseratur. Sed haec vetus querela est. Pelagiani primum Orientem cum Occidente committere ausi sunt. Nam cum in Occidente maximas accepissent clades ab Augustino, ab Africanis patrib. ab Aplica sede victi et profligati se se ad Orientem receperunt. Augustinus propre annum 421um cum Juliano quam grave sit totius Occidentis iudicium lib: 1º ostendit, deinde ait: non

" non est cur provoces ad Orientis antistites, quia
" et ipsi utiq: Xtiani sunt et utriusq: partis ter=
" rarum fides ista una est, quia et fides ista Xtna
" est. Quid ei quaeris inferre, quod in ea n̄ inve=
" nisti"? Julianus quidem quod ad spectat veniale
attinet patronum in Oriente nactus est Theodo=
rum Mobsuestenum ut erat testatorium. Sed quid
ii conferre poterant ad Eccla graecae tradi=
tionem? Pelagiani ad primarios provocarent
doctores Basilium et Chrisostomum, quorum etiam
excerpta Julianus attulit. Augustinus ea inter=
pretatus est testimonia, aliaq: induxit Pelagianis
adversa lib: 1° et 2° contra Julianum: imo ad=
junxit Gregorium Nazianzenum ac demonstra=
vit tam nobiles Orientalis Ecclesiae magistros
eadem cum patrib. Occidentis totiq: Eccla
sententiam defendisse...... Semipelagiani dein=
ceps sibi vindicare ceperunt Orientalis Eccla
suffragia: sed ea nusquam visa est Semipela=
gianorum dogmata consecrare aut Eporum
Occidentalium judicia proscindere. Contra
Fausti Regensis Epi scripta Constantinopolim
delata circa annum 520.um fuere statim plu=
rimorum censuris inusta. Monachi Scythae qui
eodem fere tempore Constantinopoli versabantur
professionem fidei obtulerunt Hormisdae lega=
tis, in qua Pelagii, et Semipelagianorum erro=
res exagitabant n̄rae corruptionem et gratiae
vim confitentes...... Melitios etiam coarguunt

The=

Thesi Lovanienses in censura anni 1587: quod ab Augustino descivierint, eiq: ut bellum inferrent græcorum patrum aciem instruxerint perinde ac isti longe aliter de gratia et prædestinatione senserint quam Augustinus. At si Molinisiani volunt n eandem esse Græcorum et Latinorum patrum doctrinam quamnam igit illis doctrinam affingent? Pelagianorum ne an Semipelagianorum? nihil sane proficiunt Moliniani, qui fatent Semipelagianismum esse hæresim ab Eccla proscriptam. Sed quam temere græci a latinis patribus divellant, manifestum facit Bossuetus dissertatione in Grotium, quæ antecedit secundam instructionem pastoralem adversus novi testam versionem Trevoltii editam. Nobis animus n est opus elaborare, quo utriusq: Eccliæ consensio demonstret: sed n nulla observabimus. Primo de gratia, et prædestinatione viz antequam Pelagius actum est in Oriente. Græci patres ante Pelagium n ita sibi cavebant, uti fieri solet ubi hæresis se se exerit, quæ quidem curam et diligentiam ut Augustino... graci eadem propter ... securitate loquebant. Alias hæreses cum oppugnare deberent de Pelagianis, et Semipelagianis ne cogitabant quidem. Secundo Præter Arrianos, Nestorianos, Eutichianos Monotelitas, et Iconoclastas, Manichæi, aliiq: liberi arbitrii hostes totam occupabant, atq: exercebant doctorum græcorum industriam. Præcipue ma-

maxime sollicitos habuit liberas arbitrii. Tertio. Interdum si tamen vim gratiae extulerunt. Quarto. Sed etiam apud eos occurrunt quaedam difficilia; caeterum nisi haec explicentur commodius, aliisq: hinc inde potius emolliantur, siquidem arguta ex iis collectio Semipelagianismus graecis patrib: inscribendus est. Quinto. Audax est qui universam Ecclesiam graecam suis involvit accusationibus: sapiens vero ille est qui peculiaris cuiuspiam auctoris aberrationes adnotat. V. g. nemo nescit Horigenem laborare suspicione Pelagianismi: Id ubi compertum est quidquid habet Origenes veritati consonum veritatem ipsam illustrare potest: Quidquid habet dissonum non veritati nocet sed Horigeni, neq: illud ad veritatem elevandam, sed ad Horigenem Pelagianismi convincendum afferri potest. Haec animadversio ad alios traduci potest scriptores. At non qui Horigenem consecuti sunt eius quem indesinenter consulebant testimonis ceti facile potuerunt tametsi eum Ecclesiae doctrina forent imbuti animum gererent alienum a pravo sensu, qui in eis ita latebat, ut incuriosis, et simplicib: non appareret. Si quid in graecorum scriptis Horigenianum offendimus satis erit fontem infectum agnoscere. Sexto. Doctrina igitur graecorum opera plustrantib: opus est seponere ac revellere errores solidos, inquirere ipsos

de=

deprehendamus ex Origene, Theodoro Mop:
suesteno aliisq: id genus Pelagii prodromis hau:
stos: deinde sententias, quae Pelagianis, aut se:
mipelagianis favere videntur aliis, ipsorum
sententiis declarare. Priorem difficultas in eo
saepe posita est, quod patres graeci quasdam prae:
sertim veritates sumerent demonstrandas,
quas Pelagiani adversi opponunt veritatibus
circa gratiam cum iste illis respondeant.
Istas quidem reticent graeci, sed iniquum est
reticentiam habere pro abnegatione, cum alibi
diserte fateantur quod alibi reticent: atq: hac ra:
tione purgari facile possunt. Imprimis. Cala
Catholicae fides de necessitate, et virtute gratiae
integra ac pura apud Orientales servata est
ñ uno modo, sed praecipue in eorum disciplina
precibus, et liturgiis...... has porro animad:
versiones nobis suppeditavit Augustinus in epist:
34. lib: 1. contra Julianum cap: 6: num: 22: lib:
de praedestinatione sanctorum cap: 14. num: 27: Cor=
ferat Abbas Renaudotius de perpetuitate fidei
praefatione in tom: 3. ut ex Photio comprobat
Augustini de gratia, et praedestinatione doctri=
nam semper apud graecos obtinuisse.
Secundo. a Graecis ad Latinos. Sed in primis ut
tam Graecorum, quam Latinorum patrum sententias
tuto explicemus praenotandum est Pelagianum
quidem effectum esse gratiae secundum mentem
nostram deri: tametsi ñ natura, ut Pelagiani cen=

censuit, sed gratia in nobis merita efficiat ali=
qua est hoc sensu gratia, ad quam ex operibus
sive ex meritis prædestinamur. Cis gloria est
gratia: gratia autem dei vita æterna, ait Pau=
lus ad Rom: 6: v: 23: sed gloria est etiam mer=
ces, et secundum merita datur ut gratiam grat=
prociter Augustinus libro de gratia et libero
„arbitrio cap: 7: quia inquit et ipsa bona
„opera nobis ex deo sunt, a quo nobis et fi=
„des est et dilectio etiam vitam æternam gra=
„tiam Paulus nuncupavit. Sic gratia justi=
ficationis vera est gratia:" hanc tamen gra=
tiam pariunt nostræ ad justificationem
præparationes: præparationes autem parit
gratia Spus. Sti nondum quidem inhabitantis,
sed moventis ut tradunt Tridentini patres ses:
6: cap: 6: Prima autem omnium quæ ad justifi=
cationem, et salutem conferunt, gratiarum est
fides. Quapropter Augustinus de gestis Pelagii
„scribit: ne quisquam existimet ad ipsam fidem
„meritis operum perveniri, cum ipsa sit ini=
„tium unde bona opera incipiunt. Et de Spu,
„et littera cap: 29: fide Jesu Xti impetramus
„salutem, et quantum nobis incohatur in re et
„quantum perficienda expectatur in spe." ...
cæterum prætereo, quæ jam tulimus mo=
menta prædestinationis ad gratiam quæ convin=
hac demum sit ejus gratuitas lateri. patres
passim evincunt prout ex hoc parte quæ
gra=

gratis, n͂ ex merito datę: et: ex ratione meriti;
id quidem nullum est nisi effectus gratię pro-
inde gratiam quę est causa antevertere nequit:
3o. ex iis, quę gratiam præcedunt. Præcedunt
autem gratiam naturæ, quę gratiam, quæ longe
superior est promereri nequit: et peccatum
id promeretur pœnam. Itaque tametsi ali-
quando gratia gratis l. s. habitualis, actua-
lis debeatur n͂ de condigno quidem ut definiunt
Tridenti ses: 6: cap: 16: at saltem de congruo,
ut iidem statuunt ses: 6: cap: 6: gratia ta-
men nunquam debetur naturæ; atque adeo prædes-
tinatio ad gratiam generatim gratuita est com-
parate ad naturam
Tertio. Augustinus, quo nullus est locupletior præ-
destinationis gratuitæ testis in scenam indu-
dus protraditur. Primo epistola 102: ad Deogratias,
„ salus, inquit religionis hujus (Xtianæ) nulli
„ unquam defuit qui dignus fuit et cui defuit
„ dignus n͂ fuit. Secundo. Tractatu 10: in Joan:
hortatur cathecumenos, ut se ad gratiam præ-
parent. Nemo autem ad id, quod habet se
præparat. Tertio. Tractatu 26: si n͂ traheris
ora ut traharis. Quarto. Homilia 12: inter
quinquagesimam docet in nostra potestate
esse ut Deo vel diabolo consentiamus. Quin-
to lib: 10: de Civit: Dei cap: 14: ait providentia
esse æquissimum ut qui bonis temporalibus pie et
recte utitur accipiat immortalitatis, glo-

gloriæ.
Respondet ad 1.m Augustinus ipse sui interpres
„ est lib: 1. retract: cap: 31: qd dixi saltem ex
„ n ita dixi tanquam ex meritis suis quisquam
„ dignus fuerit sed ut ait Aplus n ex operib,
„ sed ex vocante dictus esse maior serviet mi-
„ nori: quam vocationem ad dei propositum per-
„ tinere asserit. Unde dixit 2.a ad Tim: 1. non
„ secundum opa nostra, sed secundum propositum
„ suum. Ita ibi Augustinus et lib: de prædesti-
„ natorum cap: 10: inquit: si discutiatur, et quæ-
„ ratur unde quisque sit dignus n desunt qui
„ dicant voluntate humana, nos autem dicimus gra-
„ tia, vel prædestinatione divina. Ad 2.m cathe-
cumenos monet Augustinus, ut se præparent
ad gratiam n vocationis et fidei, sed iustifica-
tionis. Ad hanc quippe hoes disponunt
actib, fidei, spei, et caritatis, ut aiunt pa-
tres Tridentini...... ad 3.m Oratio quam quis
ut trahatur effundit est effectus gratiæ. Nã
deo trahente oramus ut trahamur fortius.
„ Quapropter ne se vel ipsius orationis meritis
„ extollat adiutorium datur oranti: Fides orat
„ quæ data est n oranti; quæ utiq: nisi data
„ esset orare n posset. Quomodo enim invo-
„ cabunt in quem n crediderunt. Hæc Au-
gustinus ipse epla 94: ad Sixtum cap: 2.
........ad 4.m sententia Augustini non est
sed Cassiani, neq: tamen ibi gratia excludit: dicit

„enim cum ꝑ Dei adjutorium in potestate sua
„sit utrum consentias diabolo: quare nō ma-
„gis Deo quam ipsi obtemperare deliberas:....
Ad 5.um an bonis temporalibꝫ recte quispiam
uti possit virtute natā nolumus ethic inqui-
rere: sed diserte profitemur neminē virtute
natā ita temporalibꝫ uti, ut immortalem
vitis pacē et gloriā assequatꝫ. eligentibꝫ qui-
dem rectum honorem temporalium pro gloriā
assecutionē usum a divo adjutorio repetit illū:
„cap: 14.o ubi inquit: sed ne in ipso studio co-
„gnitionis ꝑpter humanæ mentis infirmitatem
„in pestem alicujus erroris incurrat. opus ha-
„bet magisterio divino cui certus obtemperet, et
„adjutorio ut liber obtemperet."
Tertio ut Augustinus ita Thomas ad sua requi-
unt castra adversarii. Deitas, inquiunt, illud
„animā facienti qd in se est Deus nō denegat
„gratiam." Ratam habet Aquinas: eorū de eam
„gratiam" docet
da quæst: 24.o de veritate art: 1.o ad 2.m docet
„gratiam quæ esse meritoria facit quamvis
„hō nō possit ex libero arbitrio acquirere ꝑ-
„tamen se ad gratiam habendam præparare,
„quæ ei a Deo nō denegabitꝫ si fecerit qd in
„se est....2.o ibid: quæst: 14.a art: 11.o ad 1.m
„ait: ad divinam providentiam pertinet ut
„cuilibet provideat de necessariis ad salutem,
„dummodo ex parte ejꝫ nō impediatꝫ, si enim
„aliquis in sylvis, vel inter lupos nutritꝫ

„ ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu
„ boni, et fuga mali certissime est tenendum
„ qd Deus vel per internam inspirationem reve=
„ laret ea, quæ sunt ad credendum necessaria
„ vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirige=
„ ret, sicut misit Petrum ad Cornelium act: 10:
„ Tertio item ibi ad 3um. si nos fecerimus qd in
„ nobis est, ut scilicet ductum naturalis rationis
„ sequamur Deus non deficiet nobis ab eo, qd
„ nobis est necessarium.
Respondetur ad 1um. Axioma illud non ita accipiendum
est, ut pareat Deus hoi qd in se est naturæ
viribus facienti non denegare gratiam pinde ac
ad eam conferendam naturæ operibus moveatur.
At facienti qd in se est viribus gratiæ, idest
hoi. qui gratiæ vocanti et moventi cooperatur
Deus non denegat ulteriorem gratiam sive iusti=
ficationis, sive fidei perfectæ. S.tus Thomas
1: 2æ q: 109: art. 6. inquirit an ho se ipse
se ad gratiam præparare possit. laudatum
„ axioma sibi obiicit, ac respondit: nihil ho
„ potest facere nisi a Deo moveatur secundum
„ illud Ioh: 15: sine me nihil potestis facere.
„ et ideo cum dicitur ho facere qd in se est di=
„ citur hoc esse in potestate hois secundum
„ qd est motus a Deo. Ibid: q: 112: art. 2:
distinguens in hoc requiratur præparatio
ad gratiam gratiam deinde partitur in actua=
lem, et habitualem: ad habitualem ait aliquam

,, gratia praeparationem requiri quia nulla for-
,, ma pt esse nisi in materia disposita, sed
,, (addit) si loquamur de gratia secundum qd
,, significat auxilium Dei moventis ad bonum sic
,, nulla praeparatio requiritur ex parte hoïs quasi
,, praeveniens divinum auxilium, sed potius quae-
,, cumque praeparatio in hoïe esse pt est ex auxi-
,, lio Dei moventis ad bonum. Et secundum hoc
,, ipse bonus motus liberi arbitrii, quo quis prae-
,, paratur ad donum gratiae suscipiendum est actus
,, liberi arbitrii moti a Deo. Et quantum ad hoc
,, dicitur hô se praeparare secundum illud Prov:
,, 16: hoïs est praeparare animam. Et est prin-
,, cipaliter a Deo movente liberum arbitrium. Et
,, secundum hoc dicitur a Deo voluntas hoïs prae-
,, parari et a Deo gressus hoïs dirigi. Deinde ibid:
,, art: 3: quaerit utrum necessario detur gratia se
,, praeparanti ad gratiam vel facienti qd in se
,, est. Ang: ita decernit: „ praeparatio hoïs ad
,, gratiam est a Deo sicut a movente, a libero
,, autem arbitrio sicut a moto. Potest igitur prae-
,, paratio dupliciter considerari. Uno quidem
,, modo secundum qd est a libero arbitrio: et secun-
,, dum hoc nullam necessitatem habet ad gratiae
,, consecutionem, quia donum gratiae excedit omnem
,, praeparationem virtutis humanae. Alio modo pt
,, considerari secundum qd est a Deo movente, et
,, tunc habet necessitatem ad id, ad qd ordinatur a
,, Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis.

Cum

,, quia intentio dei deficere non potest..... unde
,, si ex intentione dei moventis est quod homo cujus
,, cor movet, gratiam consequatur infallibiliter i-
,, psam consequetur secundum illud Johannis 6:
,, omnis qui audit a patre et didicit venit ad me.
Neque vero aliter sentit sanctus doctor loco ab
adversariis designato quaestione 24: de verit.
,, Nam illic statim habet haec: quamvis ad
,, hoc per se potestas liberi arbitrii non sufficiat
,, eo quod motus, qui ad meritum requiritur, fa-
,, cultatem naturae excedit. Ad 2um eadem de re
disserit sanctus Thomas in caput 10um epistolae ad
,, Rom: lectione 3: in hunc modum: numquid
,, illi ad quos non pervenit (fama praedicationis
,, Evangelii) utpote si fuerunt nutriti in
,, sylvis excusationem habent de peccato infide-
,, litatis? dicendum quod secundum sententiam Domini
,, quae habetur Joh: 15: illi, qui loquentem Dominum
,, per se, vel per ejus discipulos non audiverunt
,, excusationem habent de peccato infidelitatis,
,, non tamen beneficium dei consequentur, ut sci-
,, licet justificentur ab aliis peccatis vel quae
,, nascendo contraxerunt vel male vivendo
,, addiderunt et pro his merito damnantur.
,, Si qui tamen eorum fecissent quod in se est
,, Dominus eis secundum suam misericordiam pro-
,, vidisset mittendo eis praedicatorem fidei,
,, sicut Petrum Cornelio act: 10: et Paulum
,, Macedonibus act: 16: Sed tamen hoc ipsum

id

„quod aliqui faciant, quod in se est convertenz
„do se scilicet ad Deum ex Deo est moven=
„te corda ipsorum ad bonum Jeremiae 5: con=
„verte nos Domine ad te, et convertemur.
Haecenus de praedestinationis mysterio, cujus
in expositione traditionem tantummodo con=
sulvimus. Varia induci solent hunc ratio=
commenta quibus aut adstruatur illa aut la=
befactetur. Nos ut hoc saltem in loco myste=
rii dignitatem tueamur totum auctoritati
nihil rationi tribuimus. Quid vero ratio afferat
non animadvertimus jam ut supra notum
etiam et in commentario de gratia.

Appendix
De reprobatione

Ut quae de divinis decretis dici possunt tandem
absolvamus nonnulla sunt observanda.
1. Quum Deus quosdam praedestinat hoc quia
vult consektaneum videtur esse Deum alios de=
serere quia vult. Haec autem voluntas qua
istis non eadem, quae illis beneficia indebita
quaedam sed aeternam felicitatem paritura ero=
garo vult haec, inquam, voluntas appellatur
reprobatio negativa.
2. Etiam si praemotio Physica ad actiones pra=
vas porrigatur Deus tamen neminem prae=
destinat ad peccatum: si quis id asserere au=
deat blasphemus est. Praemotio non est pecti
causa; nam malitia peccati est privatio, et

defectus, nihil: causa igitur deficienti tribuere necesse est. Quidem posset Deus hoc detinere atque impedire lapsum hunc supplendo defectum, aut aliquid addendo, quo praepediatur: sed ad id Deus non adstringitur, et potuit id facere nolle. Quocirca reprobatio non postulat operationem, quae aut ad peccatum impellat aut peccatum efficiat: sed est derelictio aut denegatio gratiae, quae peccatum praepediret quidem, sed quam Deus conferre nulla tenetur lege.

2° Decretum, quo statuuntur supplicia quodque reprobatio positiva dicitur, supponit decretum de permissione peccati. Nam etsi omnia in Deo unum sint, Deus tamen justus punire nisi reos non potest. Neque hic disputare opus est de peccatis comparate ad supplicia, uti demeritis comparate ad aeternam gloriam. Deus hanc iis praestare potuit qui nihil egissent boni: sed non potest eum in ignem aeternum conjicere qui nihil mali egerit. Itaque necesse est ut Deus peccatum cognoverit per decretum permissivum, quam aeternis suppliciis addicat hominem. Neque vero duo hic sunt decreta quorum alterum ad finem, alterum ad media referatur: id nos cum de praedestinatione ad gloriam loqueremur negavimus: sed sunt duo decreta, quorum unum supponit alterum: siquidem unum statuit aliquid, quod est alterius consectarium. Deus

vult

vult unum, et alterum, nec tamen vult unum quia vult alterum. Cui egregius S.ti Thomæ principium: non voluit hoc propter hoc: non voluit merita tanquam media, et gloriam prædestinatorum tanquam finem penes se ipsum ut ut voluerit gloriam esse finem penes prædestinatos, et merita esse media per quæ ad gloriam pervenirent. Non voluit hoc propter hoc, sed voluit hoc esse propter hoc. Valet in hac causa istud idem S.ti Thomæ principium: Deus non vult hoc, quia vult hoc: nam dici nequit Deus vult pœnam æternam quia vult peccatum. Deus nullatenus vult peccatum, sed Deus interdum non vult impedire, quominus peccatum in creatura impediatur, et consequenter decernit gradum supplicii, quo peccati punitio continet.

4° Prædestinatio gratuita, et negativa reprobatio seu discrimen, quod Deus ab omni ævo inter alterum, et alterum hominem nulla ex libero arbitrio ratione sumpta instituit, propterea operatione præ determinante in tempore exequitur hoc ipsum discrimen convenit in omni statu tam in statu naturæ, ac in statu innocentiæ, quippe in omni etiam innocentiæ statu oportere operationem præde= terminantis admittere demonstravimus. Prob. in omni statu discrimen primarium inter hominem qui bene agit et hominem qui male operatur, ut ab hac operatione, quæ facit ut hic bene agat, desumpta br-

Deo

bonum in alio non procreare. At hanc operatio-
nes Deus exerit quia vult: ea ex ipsius decre-
ti effectus est, et executio. Ergo Dei decreta
et voluntas sunt discriminis in innocentiæ
statu causa primaria. Si quis huiusmodi de-
cretum ægre suscipit refugere secum ipse non pos-
se se quocunq: animum convertat non in hoc
ipso innocentiæ statu discrimen apparere. Di-
camus Deum in statu innocentiæ sua non agere
præmotione in corda hominum. At ambigendum
non est quin exterioribus mediis discrimen ali-
quod efficiat. Deus præscivit Adam non peccaturum
si vitam eius tamdiu non produxisset, eiusque
cor citius confirmasset largitione cælestis glo-
riæ: non peccaturum, si nulla illi adiunxisset so-
cia: si eum dæmon non fuisset allocutus; si
cuiuspiam fructus esu eidem non interdixisset, quod
quidem interdictum sensu Augustini, solum erat
positivum, et arbitrarium. Nihilo secius Deus
qui iuxta oppositam hypothesim præmovet u-
sum liberi arbitrii quemcumque Adam et An-
geli tentari sunt si in his illisve circum-
stantiis collocentur eos in illa potissimum col-
locat, in qua præscivit Adam, et Angelos pec-
catores. Atqui igitur religione constat Deum illos
discrevisse &c. ergo præmotio physica a statu
innocentiæ [illegible] ablegatur, nec admittatur dis-
cretio...... quod si in ipso innocentiæ statu

a

agnoscere opus est discretionem eo magis admir
canda illa est ad statum in quo humanum in quo
scilicet genus humanum est veluti massa peccato cor=
rupta, quae cum universa reprobationem mere=
atur, et iram conqueri nullo iure potest si deus
partem in statu suo relinquit sed divinam mi=
sericordiam summopere celebrare debet quod
a generali condemnatione partem pro bona
voluntate exemerit. Nullus vero erat expecta=
tandi locus, poterat si ante peccatum originale prae=
scientiam deus alios praedestinasset, alios re=
probasset: potuit ita decernere, sed cum ita
decrevisse constare vero nequit. Nihil enim in
decretis condendis aut impedit, aut cogit.
Potuit ea ut voluit condere. Potuit homines prae=
destinare et reprobare, quin ad peccatum ori=
ginale respicere: potuit item eos praedesti=
nare et reprobare, ut peccato originali infe=
ctos ex decreto, quo peccatum permisit, seu prae=
vidit peccati originalis habere et non habere ra=
tionem in praedestinatione hominum, et reprobatio=
[illegible] in Deo est vero arbitrariam. Idcirco ratio
nobis manifestam facere nequit quadrandam ex deo
eligerit. Sed sectandam patrum videtur hac quo
mens, et sententia dicentium hos non discrevisse nisi
supposito peccato, atque adeo decreto, quo peccatum
permisit

domenico Falleda

emad

[illegible]

Index eorum
quæ in hoc libro continentur.

De Deo, ejusq; attributis. Commentarius dogmatico Scholasticus. Sectio prima. De divina existentia 1
Caput primum. Dei existentia demonstratur 2
Caput secundum. Dei existentia ab Atheorum dicteriis asserta, et vindicata 5
Addenda post ~~objectionem~~ responsionem ad objectionem secundam .... 15 et 17 ibid:
Sectio secunda. De divina essentia 19
Sectio tertia. De divinis attributis generatim 25
Sectio quarta. De divinis attributis speciatim .... ibid:
Caput primum. De Dei spiritualitate 27
Caput secundum. De infinitate Dei 29
Caput tertium. De immensitate Dei 32
Caput quartum. De immutabilitate Dei 34
Caput quintum. De aeternitate Dei ....
Caput sextum. De unitate Dei. Propositio prima. Deus est unus 35
Propositio secunda. Praepostera, et absurda est Manichaeorum de Deo malo sententia 38
Propositio tertia. Materia nequit esse primum rerum omnium, vel mali principium. Paragraphus primus. Animadversiones 40
Paragraphus secundus. Propositionis firmamenta ex veteribus 45
Paragraphus tertius. Propositionis firmamenta ex veteribus 47

A a b c d e f g

Appendix: Benedicti Spinosæ de unitate substantiæ sistema, eiusdemque refutatio 56
Caput septimum. De invisibilitate, et visibilitate Dei 60
Paragraphus primus. De Dei invisibilitate. Propositio prima. Deus est invisibilis oculo corporeo .... ibid:
Addenda inter firmamenta propositionis ante illud, id quod nativè est 68
Propositio secunda. Deus invisibilis est creatæ menti nativa tantum, propriaque virtute præditæ 69
Paragrahus secundus. De visibilitate Dei 73
Propositio. Intellectus creatus superno lumine perfusus Deum clarè, ut in se est, intuetur .... ibid:
Paragrahus tertius. De affectionibus intuitivæ Dei visionis 79
Propositio prima. Deus in se visus non comprehenditur ab intellectu creato 80
Propositio secunda. Inæqualis Sanctorum visio, et gloria est 83
Paragraphus quartus. De temporis articulo ad clarum Dei conspectum perveniendi 87
Propositio prima. Iusti, quibus nihil expiandum superest, ab ipso obitu intuitiva Dei visione fruentur 88
Propositio secunda. Mille annorum in terris Christi regnum commentitium est 93
Propositionis pars prima. De pravis Cerinthi opinationibus .... ibid:
Propositionis pars secunda. De errore Papiæ 96

Propositionis tertia pars. De sti Justini, aliorumq: patrum errore 97

Appendix de patribus millenariis 100

Caput septimum. De divina scientia, voluntate, providentia, prædestinatione. Dissertatio prima. De scientia Dei. Caput primum. Prolusio adversus Atheos, seu de supremi entis intelligentia 104

Caput secundum. De divina scientia, ejusdemq: partitione, et characteribus 116

Caput tertium. De divinæ scientiæ objecto. Propositio prima. Deus se ipsum perfectissime novit 118

Propositio secunda. Deus cognoscit rerum omnium essentias, et rationes omnes, quæ sunt inter illas essentias, idest omnem veritatem .... ibid:

Propositio tertia. Deus novit omnia entia possibilia, seu omnia, quæ extra Deum existere possunt .... ibid:

Propositio quarta. Deus novit omnia existentia vel minima, ipsasq; hominum cogitationes 119

Propositio quinta. Deus novit ab æterno futura omnia seu necessaria, seu libera .... ibid:

Caput quartum. De divina scientia media 124

Propositio prima. Deus non cognoscit futuras voluntatis determinationes in creaturis, et sigillatim in voluntate, idest nec creatura in se ipsis, nec speciatim humana voluntas esse potest medium cognitionis divinæ 126

Propositio secunda. Deus non cognoscit futura contingentia in æternitate, cui coëxistunt, nisi accedant decreta prædefinientia 123

Propositio tertia. Deus nec in essentia non cognoscit

determinationes futuras creatæ voluntatis.........136
Propositio quarta. Deus non cognoscit determinationes futuras in decretis vel futuris, vel indifferentibus.........139
Propositio quinta. Deus cognoscit futuras voluntatis determinationes in decretis suis prædeterminantibus.........144.
Caput quintum. De scientia media. Paragraphus primus. De scientiæ mediæ characteribus.........148
Paragraphus secundus. De usu scientiæ mediæ.........151
Paragraphus tertius. De scientiæ mediæ auctoribus, deque veterum, ac recentiorum ejus auctorum comparatione.........160
Paragraphus quartus. Sancti Augustini de scientia media sententia explorata.........164
Paragraphus quintus. Sancti Thomæ Aquinatis sententia de scientia media.........174
Paragraphus sextus. Expenduntur momenta rationis, quibus præfidunt Medicistæ.........179
Dissertatio. De divina voluntate. Caput unicum.........182
Dissertatio de divina providentia.........184
Propositio. Deus omnes universi res ditione sua continet, et providentia moderatur.........182:
Dissertatio. De prædestinatione.........190
Propositio. Prædestinatio est gratuita.........191
Additio.........195
Diluuntur objecta.........203
Appendix de Reprobatione.........220

A iii

Galletti fel.

vehementer in adversariis contentiose ferit, ut modum excederent. hoc et iis, qui arbores colunt, evenire solet. quando enim incurvas plantas viderint, non solum ad rectam lineam erigunt, sed et in alteram quoque partem ultra directum inflectunt, ut ex nimia in contrarium inclinatione ad rectum statum perducatur. Theodoretus dial. 3. impatibilis



Falletto pertusio   Laus deo Falletto

F. Falletto

F. F.

F. Falletti a Pertusio

F. Falletto   Laus deo

Laus deo falletti

Laus deo falletti

Falletti pertusio

Laus deo   Laus deo Falletto



Giuseppe

AMM. PROV. DI TORINO
№ 16062
BIBLIOTECA